REFORMATIO
CAMALDVLENSIS
Ordinis.



Ex typographia Sacræ Eremi
Camaldulensis.
1589.

REFORMATIO CAMALD.

Ordinis, cùm gratijs, & Priuilegijs, à Leone. X. Pontif. Max. nuper concessis.

Litteræ Apostolicæ, quibus viuente etiam moderno Generali conceditur, vt de nouo erecta Congregatio Eremi, in omnibus sortiatur effectum, iuxta Priuilegij formam.

Priuilegium per quod cuiuscunque Religionis viri, siue Mendicantium, siue Cartusiensium possint, etiam non obtenta Superiorum licentia, ad Eremum accedere.

Priuilegium eiusdem Leonis. X. quo nobis conceditur, pro valore sex ducatorum auri, posse alienari.

Priuilegium Gregorij. XIII. qui singula, tàm Apostolica, quàm ordinaria, Imperiali, vel Regia authoritatibus, quomodolibet nobis concessa, amplissimè confirmat.

Insuper Montis Coronæ cunctis Priuilegijs perfrui nobis indulget.

Confirmatio Sixti. V. quo Priuilegia omnia per prædecessores suos nobis concessa, quàm gratiosè confirmat.

CAMAL-

CAMALDVLENSIB. PATRIBVS

Salutem.

SVSCIPITE Patres optimi, veſtrę Religionis nobile Priuilegium, aliaſque Apoſtolicas litteras Leonis decimi Pontificis Maximi, non exigua munera: & attendite quàm piè ſanctiſsimus Pontifex antiquiſsimam veſtram Camaldulenſis Religionem, ſui Pontificatus auſpicijs, reſtaurare, ac decorare ſtuduerit: ſeparata, & diſsipata penè, atque à capite ſuo, à Camaldulenſi ſcilicet Eremo, diuiſa membra in vnum corpus redigere, & capiti ſuo vnita, ad vnam Congregationem reducere curauerit. Nitiminique vos corda veſtra in cari-

tatis vinculo ſemper vnita cuſtodire; vt de vobis omni tempore dici poſsit; Quod multitudinis credentium, & CHRISTO Domino in Camaldulenſi Ordine, obſeruantium ſit cor vnum, & anima vna. Cōſiderate quòd tantis gratijs Congregationem hanc veſtram pijſsimus Pontifex vna vice decorauit: Quantæque Congregationes, quæ nobiliſsimæ habentur, tanta vix à pluribus Pōtificibus aſſecutę ſint Priuilegia, & quod illa, quæ pro litterarum Apoſtolicarū expeditione, ſecundum curiæ Romanæ conſuetudine, quinque ferè millia aureorum exigebantur, ille munificentiſsimus gratis omnia fieri voluit: & ſicut ille, tàm liberaliter his egregijs indultis, priuilegijſq; veſtram ornare Religionem ſtuduit, ita ſatagite vos vitæ ſanctitate, optimis moribus, virtutibuſque ac bonarum ſtudijs litterarū, ipſam ad DEI

glo-

gloriam decorare. In quo priuilegio quæ contineantur, præpositus index demonstrat, ad singula quæque facillimè inuenienda accommodatus. Suscipite quoque vnà cum Priuilegio, litterisque Pontificis, sanctissimam Beatissimi Patris vestri Romualdi vitam, non à quouis, sed a Beato Petro Damiano, viro non solùm Cardinalatus dignitate, sed & doctrina, & sanctitate insigni, elegātissimé simul, & verissimé descriptam. Quæ enim tandiu latuit, nunc demum in lucem prodire equum est, cum eius, quam ipse instituit, fundauitque Religionis membra, quæ disiecta iacebant, in vno corpore redacta, & capiti suo vnita, pia Pontificis cura, quasi de nouo formari videantur. Nam post quingentesimum annū, a quo instituta fuit, sub Leonis. X. Pontif. Max. Optimique fratris eius Magnifici Iuliani protectione, renascente

ferè

ferè Religione Camaldulensi: conuenientissimum videbatur, vt eius, quis, qualisq; fuerit institutor, quo tempore, & quàm sanctis initijs eam fundauerit, a vobis, alijsque omnibus plenissime cognosceretur. Videbitis in hac Patris vestri historia, Patres Optimi, quanta ipse emicuit vitæ sanctitate, quanti, & quales, in ipsius Religionis vestræ auspicijs, Confessores, Martyresque in ea floruerunt. Quæ non inutiliter a vobis legentur, si sanctos illos Ordinis vestri Patres imitari pro viribus, quantùm vnicuique desuper datum erit, contenderitis.

¶ Accipite postremo nomina eorum, qui in Camaldulēsi ipsa Eremo, quam initium caputque totius vestræ Religionis esse non ambigitis, Priores ordinisq; proinde Generales fuere seriatim, & breuiter annotata: neq; hoc enim cognitione vestra indignum esse vi-

ſe videtur. Sed & totius Camaldulen-
ſis ordinis conſtitutiones, & Eremi,
atque Eremiticæ vitæ inſtituta, cum
primum fuerint, iuxta Pontificis in pri
uilegio expreſſam voluntatem, emen
data, atque in meliorem, ac breuiorem
formam redacta: ad communem vti-
litatem his litteris impreſſa dabuntur.
Interim in Domino IESV CHRI
STO, qui vera eſt credentium ſa-
lus, & ipſi in veritate deſeruientium
pleniſsimum gaudium, bene valete,
& gaudete: pro Chriſtianæ Reipubli-
cæ exaltatione, atque fœlicitate ora-
re non deſiſtentes.

LEO

LEO EPISCOPVS

[illegible]

[illegible]

LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

AD PERPETVAM rei memoriam.

E TSI à summo rerũ omniũ Conditore, cuius inscrutabili prouidentia cuncta regũtur, dispensatores in domo Domini, meritis licèt insufficientibus, iuxta ministerij pastoralis officium, quibuslibet personis regularem vitam professis, teneamur assistere: illorũ tamen profectibus animarum, propensioribus nos licet auxilijs intendere, & eorum quieti, vt in sancta vacatione, absq; impedimenti alicuius dispẽdio permanere, ac vota sua Altissimo exsoluere valeant: nilq; ipsos ab oratione, & contemplatione retrahat, aut eorum piam intẽtionem

intercipiat, nihilq́; virtuosis operibus turbationis cuiusuis præbeat quomodolibet incētiui, paterna charitate prospicere, ac remedijs congruentibus prouidere, qui diffluctis, & fallacis seculi pessundatis delitijs, vitæ integritate præpollent, & laudabilibus actibus continuò inhærentes, spem suam in altissimis, vbi bona sunt gaudia, collocarunt, ac ea quæ per prædecessores nostros, et canonicè etiam alios seculares Principes in fauorem personarum, sub regulari obseruantia Altissimo famulātium concessa, & pro salubri Monasteriorum, & locorum, ac Congregationū directione statuta, et ordinata fuisse dicuntur: libenter, cùm à nobis petitur, Apostolico munimine roboramus, ac alias nostri pastoralis officij partes fauorabiliter impartimur: prout id in Domino conspicimus salubriter expedire. Sanè accepimus quòd quamplura priuilegia, & indulta, tàm per Romanos Pontifices prædecessores nostros, quàm Imperatores, & Reges Romanorum, ac alios seculares Principes, Heremo, & sancti Michaelis de Murano, & alijs Camaldulēsis ordinis Monasterijs, & locis, ac Cōgregationi de Murano cōcessa fuerunt: ac quod nuper Dilecti filij Petrus

trus Delfini Prior Prioratus Heremi dicti ordinis Aretinæ Diocœsis, ac eiusdē ordinis Generalis, & eiusdem Heremi Heremitæ, ac moderni Abbates Monasteriorum, & Priores Prioratuum, ac aliæ personæ dicti ordinis.

1 *In capitulo generali, in Ciuitate Florētina, de mandato nostro congregato, velut Zelatores Diuini cultus, pro prospero, & felici regimine dicti ordinis in spiritualibus, & temporalibus, nonnulla statuta, & ordinationes erectionē nouæ Cōgregationis Heremi, & sancti Michaelis de Murano nūcupatæ: ac institutionem decem & septem locorum principalium Monasteriorum, & Prioratuū, & illis aliorum vnionem, ac omnium reformationē, & ad obseruantiā, reductionem, ac Generalis temporalis electionem, ac normā, & modum Heremitarum, ac aliorum, tàm sub regulari obseruantia, quàm vita Cōuentuali uitam ducere volentium, concernētia, saluo sedis Apostolicæ beneplacito, ediderunt laudabilia, & honesta, ac sacris Canonibus non contraria.*

2 *Quorum tenorem, illis maturiùs & diligentiùs examinatis, ac resecatis quibusdam superfluis, ac in meliorem formam redactis: de ver-*

bo ad uerbũ præsentibus inseri fecimus. Nos, cupientes priuilegia per prædecessores nostros, ac Reges, & Imperatores præfatos, ut præfertur, concessa, ac statuta: & ordinationes, ac Congregationis Heremi institutionẽ, et ex ea, ac Congregatione de Murano, unius nouæ Congregationis erectionẽ, quæ Heremi, & sancti Michaelis Congregatio nuncupetur: ac Monasteriorũ & Prioratuum, ac aliorũ beneficiorum, alijs decem et septẽ principalioribus locis unionem, annexionem, et incorporationẽ, eò firmiùs persistere, quò sedis prædictæ protectione, & auctoritate communita fuerint: ac, prout expedire arbitramur, salubriter prouidere uolentes.

3 Nos igitur, qui dudũ, inter alia, uoluimus quòd semper in unionibus commissio fieret ad partes, uocatis quorum interesset: & idem obseruari uolumus in confirmationibus unionũ iam factarũ: quiq; religiosarum personarum gesta, eo potiori fauore prosequimur, quo speramus, quòd exinde sacræ Religionis uigor accrescat, eaq; plurimùm in Domino commendãtes: ipsorumq; Generalis et Heremitarum, ac Abbatũ, Priorum, et Capituli statũ prosperum & tranquillum paterno zelantes affectu.

Eos

Eos, et eorum quēlibet, à quibuſuis excom 4
municationis ſuſpenſionis, et interdicti, alijsq; eccleſiaſticis, ſententijs, cēſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectū præſentiū, dūtaxat conſequendū, harū ſerie abſoluentes, et abſolutos fore cenſentes.

Ac fructuum, redditruum, & prouentuum 5
Monaſteriorum, & Prioratuum, quorum verùs annuus valor non exprimitur, verum annuū valorem præſentibus pro expreſſo habētes.

Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper 6
hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, ac poteſtatis plenitudine.

Priuilegia, et indulta præfatis Heremo, et 7
Cōgregationi de Murano, ac alijs dicti ordinis Monaſterijs, et locis: tàm per Pontifices præfatos, & quatenus ſint honeſta, & ſacris canonibus non contraria: quàm per Imperatores, ac Reges, & Principes præfatos conceſſa.

Necnon ſtatuta, & ordinationes in dicto 8
Capitulo Generali edita, & vt præfertur reformata, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentiū approbamus, & confirmamus: eaq; perpetuæ

firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decernimus.

9 Supplemusque omnes & singulos defectus, tàm iuris, quàm facti, siqui forsan interuenerint in eisdem.

10 Et potiori pro cautela uolumus, ut quicquid dubij in dictis, et in hoc etiam nostro priuilegio, seu in aliquo eorum pro tempore emerserit: id, data uerborum ambiguitate, & Iurisperitorũ interpretatione, in fauorem dictæ Cõgregationis de nouo erectæ, & locorum particularium eiusdem, interpretari debeat: & cuiuslibet particularis Monasterij dictæ Congregationis, etiam de nouo erectæ.

11 Priuilegia, & omnia etiam quæ in toto hoc priuilegio continentur, uniuersæ huic Congregationi de nouo erectæ, et omnibus, et singulis particularibus eiusdem Congregationis de nouo erectæ Monasterijs, ac omnibus dicti ordinis Monachis & Monialium locis, sint communia, et ad illa extendantur. Et insuper, etiam alia priuilegia dictæ Heremo, & sancti Michaelis, et præfatæ de nouo erectæ Congregationi concessa: hac perpetua, atque irrefragabili Constitutione, motu, scientia & potestate similibus, sancimus

Quòd

Quòd omnes, & singuli dictæ erectæ Cōgre- gationis Monachi ordinem ipsum professi præsentes, & futuri, quamuis in diuersis Monasterijs, siue locis pro tempore maneant: vnum tamen corpus, & vna Congregatio. 12

Heremi, & sancti Michaelis nuncupata existant. 13

Ipsaq; Congregatio, ab Apostolica sede meritò approbata: ab vniuersis Christi fidelibus in reuerentia, & deuotione habeatur. 14

Et dictæ Cōgregationis Capitulum generale, siue in eo voces pro tempore habentes, pro felici dictæ Cōgregationis successu, statuta, constitutiones, ordinationes, ac omnia, & singula, quæ in spiritualibus, & tēporalibus ipsius Congregationis, et eius Regularis disciplina, statū, obseruantiam, indemnitatem: & circa diuini officij directionem, & ordinationem, absq; tamen ipsius Regulæ, in substātia, vel effectu, variatione: interpretationem, vel declarationem quoquo modo concernere poterunt: auctoritate prædicta instituendi, ordinandi, interpretandi, et declarandi: ac ea quæ sic instituta, ordinata, interpretata, vel declarata fuerint: in toto, vel in parte, prout rerum, vel temporum qualitas 15

exege-

exegerit, tollendi, alterandi, & in melius commutandi, plenam & liberam in omnibus habeant facultatem.

16 *Quibus inſtitutis, ordinationibus, declarationibus, & correctionibus, ſinguli de Congregatione de nouo erectæ huiuſmodi, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ſeu conditionis exiſtant, efficaciter parere omnino teneantur.*

17 *Ita tamen quòd ad peccatum, niſi contrafiat ex contemptu, aliquem non obligent.*

18 *Et quotiẽs Prælatus aliquis, Monaſterium cui præfuerit, reformare, & ad ipsius de nouo erectæ Congregationis obſeruantiam reducere decreuerit: reformationem ipſam, iuxta inſtituta, decreta, & ordinationes Congregationis eiuſdem, prout cõuenientiùs poterit, exequatur.*

19 *Et eius acta, conuentiones, & modi eo ipſo, quòd de conſenſu dictæ Congregationis, ſeu ad id deputatorum in formam publicam redacta fuerint, Apoſtolico ſint robore communita.*

20 *Vniuerſi verò eiuſdem Congregationis de nouo erectæ Prælati, ſub præfati generalis ordinis, & alij Monachi, ac conuerſi, & commiſſi, ſub Prælatorum, in quorum Monaſterijs, aut alijs locis ipſi Monachi, conuerſi, &*

commiſ-

commissi morantur, obedientijs viuant, & eas illis humiliter præstent.

21 *Et nulli Prælatorum, vel Monachorum prædictorum, ab institutis, ordinationibus, correctionibus, & mandatis Capituli siue generalis ordinis, aut aliorum Prælatorum Congregationis huiusmodi, ad quemcunque, etiam ad nos, & sedem prædictam de speciali indulto Summi Pontificis liceat appellare: appellationesq́; desuper pro tempore interpositæ, & inde secuta, irrita habeantur.*

22 *Et cùm cõtra aliquem Prælatum, vel Monachum de nouo erectæ Congregationis huiusmodi, ciuiliter, aut criminaliter agi contigerit secundum consuetudines, & statuta prædicta: iuris cõmunis apicibus, dilationibus, terminis, & litium anfractibus omissis procedi debeat.*

23 *Et ipsius de nouo erectæ Cõgregationis Prælati suos Monachos, qui licentiã à sede præfata habere dixerint, se ad aliud quodcunq; Monasterium, siue locũ trãsferendi, obtentu litterarum Apostolicarũ, transferri non sinãt, nisi in ipsis litteris specialis, specifica, et expressa de Congregatione, & nostra ordinatione huiusmodi mentio fiat: eiq́; sufficienter derogetur.*

24 Ac tunc si infra tres menses id non compleuerint: contra eos, tanquam contra Apostatas agi possit.

25 Nisi in ipsis litteris Apostolicis expreßum fuerit tempus, infra quod se debebāt ad huiusmodi Monasteria, siue loca transtulisse, eoque casu, non priùs contra eos agi liceat, quàm dicta tempora sint elapsa.

26 Ac Congregationis huiusmodi Prælati, quaruncunq; litterarum Apostolicarum prætextu, nisi in illis, præsentibus, specialiter et expressè derogetur ad recipiendum Monachos: quia aliàs ab eorū proprijs Monasterijs, absque suorum Superiorum licentia contumaciter recesserunt, à quoquam nequeant quomodolibet coarctari.

27 Illi verò ex eisdem Monachis, quos de Prioratibus, in quibus professi fuerunt, aut Monasterijs, siue locis, ad alia dictæ Congregationis Monasteria, siue loca, iuxta dicti Capituli ordinationem, transferri contigerit: aut alias pro Conuentualibus quomodolibet, ex tunc ab ipsis Prioribus, Monasterijs, atque locis realiter absoluti extiterint, aliorum Monasteriorum, locorumq́;, quamdiu ibi steterint, Monachi,

nachi, & suppositi reputentur, & pro Conuentualibus inibi habeantur, ac si in illis professionem suam emisissent.

28 *Ac omnia Monasteria, & loca prædicta, & eorum Prælati, atque personæ: quibuscunq; eis à dicta sede, vel alias qualitercunque concessis, ac de iure, seu consuetudine debitis, iuribus, præeminentijs, ac dignitatibus inconcussè gaudeant, & vtantur: dummodo illa præmissis & alijs dictæ Congregationis institutis, & ordinationibus non obsistant.*

29 *Nec propterea ex Monasterijs ipsis vnum alteri censeatur esse subiectum: sed, eis in sua pristina libertate manentibus, ea uicissitudinibus, adminiculo, copulata, sub felici dictæ de nouo erectæ Congregationis regimine, sibi vniformi regularis obseruantiæ gressu, inuicem suffragentur.*

30 *Monasteria autem, & Prioratus, quæ nūc*
31 *Sancti Michaelis sunt, & pro tempore erunt, etiam unita, Eremi, et Sancti Michaelis Congregationi de nouo erectæ huiusmodi, per Prælatos, dumtaxat eiusdem Congregationis, regantur, & gubernantur, & quotiens illa vbicunque etiam.*

32 *Apud ſedem prædictam, et qualitercunque vacare contigerit, etiam ſi quæuis ſpeciales, vel generales de illorum prouiſionibus, ſeu diſpoſitionibus, per dictam ſedem reſeruationes factæ fuerint, generale Capitulum, ſi tunc celebretur alioquin dicti ordinis generalis pro tempore exiſtens, vnà cum maiori parte Viſitatorum, cùm per ipſam de nouo erectam Congregationem, & ad id deputatos, illos, ex eiuſdem de nouo erectæ Congregationis monachis præſentibus, & futuris, etiam.*

33 *Defectum natalium ex quibuſuis perſonis patientes, quos ad id idoneos fore crediderint: in Prælatos, tunc vacantium Monaſteriorum & Prioratuum huiuſmodi: aliàs ſecundum conſuetudines, ordinationes, & ſtatuta prædicta eligere, ſeu nominare, & ad eorum nutum & beneplacitum taliter electos, ſeu nominatos à regimine, et adminiſtratione dictorum Monaſteriorum, et Prioratuum: quibus tunc præfuerunt, & quæ tunc propterea vacare cenſeantur, abſoluere, & amouere.*

34 *Præfati ſic electi, ſeu nominati, abſque alicuius dictæ ſedis, vel alterius prouiſionis, vel diſpẽſationis adminiculo, etiã præter hoc, quod*

eis

*eis munus benedictionis impendatur: ipsis Mo-
nasterijs & Prioratibus, atque sic electi, vel
nominati fuerint præesse, ac illa in spirituali-
bus, ac temporalibus regere, & gubernare, ac
omnes actus ibidem exercere, & insignia de-
ferre, ac si munus huiusmodi suscepissent.*

Et si contingat Prælatos dictæ de nouo ere- 35
*ctæ Congregationis, à Monasterijs, & Priora-
tibus, atque vt præmittitur electi, seu nomina-
ti fuerint: aliqua legitima causa abesse, idque
pro dictorum Congregationis & Monachorũ,
ac illorum præsentium, & futurorum, Mona-
steriorum, ac Prioratuum conseruatione, &
statu prospero & felici, quod absente Prælato:
ne Monasterium sibi commissum, ex eius ab-
sentia, damna sustineat: alius qui Monasteriũ,
seu Prioratum ipsum regat, & gubernet, du-
rante absentia huiusmodi deputetur, vtile vi-
deatur & expediat: quod quotiens id contige-
rit: Capitulum, seu Generalis cum deputatis
huiusmodi, aliàs iuxta eorum cõsuetudines, et
statuta, curam, regimen, & administratio-
nem ipsius Monasterij, seu Prioratus: Præ-
lati sui præsentia carentis: in spiritualibus, &
temporalibus, dicta absentia durante: alteri
com-*

intercipiat, nihilq́; virtuosis operibus turbationis cuiusuis præbeat quomodolibet incētiui, paterna charitate prospicere, ac remedijs congruentibus prouidere, qui diffluētis, & fallacis seculi pessundatis delitijs, vitæ integritate præpollent, & laudabilibus actibus continuò inhærentes, spem suam in altissimis, vbi bona sunt gaudia, collocarunt, ac ea quæ per prædecessores nostros, et canonicè etiam alios seculares Principes in fauorem personarum, sub regulari obseruantia Altissimo famulātium concessa, & pro salubri Monasteriorum, & locorum, ac Congregationū directione statuta, et ordinata fuisse dicuntur: libenter, cùm à nobis petitur, Apostolico munimine roboramus, ac alias nostri pastoralis officij partes fauorabiliter impartimur: prout id in Domino conspicimus salubriter expedire. Sanè accepimus quòd quamplura priuilegia, & indulta, tàm per Romanos Pontifices prædecessores nostros, quàm Imperatores, & Reges Romanorum, ac alios seculares Principes, Heremo, & sancti Michaelis de Murano, & alijs Camaldulēsis ordinis Monasterijs, & locis, ac Cōgregationi de Murano cōceßa fuerunt: ac quod nuper Dilecti filij Petrus

trus Delfini Prior Prioratus Heremi dicti ordinis Aretinæ Diocœsis, ac eiusdē ordinis Generalis, & eiusdem Heremi Heremitæ, ac moderni Abbates Monasteriorum, & Priores Prioratuum, ac aliæ personæ dicti ordinis.

1 *In capitulo generali, in Ciuitate Florētina, de mandato nostro congregato, velut Zelatores Diuini cultus; pro prospero, & felici regimine dicti ordinis in spiritualibus, & temporalibus, nonnulla statuta, & ordinationes erectionē nouæ Cōgregationis Heremi, & sancti Michaelis de Murano nūcupatæ: ac institutionem decem & septem locorum principalium Monasteriorum, & Prioratuū, & illis aliorum vnionem, ac omnium reformationē, & ad obseruantiā, reductionem, ac Generalis temporalis electionem, ac normā, & modum Heremitarum, ac aliorum, tam sub regulari obseruantia, quàm vita Cōuentuali uitam ducere volentium, concernētia, saluo sedis Apostolicæ beneplacito, ediderunt laudabilia, & honesta, ac sacris Canonibus non contraria.*

2 *Quorum tenorem, illis maturiùs & diligentiùs examinatis, ac resecatis quibusdam superfluis, ac in meliorem formam redactis: de ver-*

bo ad uerbũ præsentibus inseri fecimus. Nos, cupientes priuilegia per prædecessores nostros, ac Reges, & Imperatores præfatos, ut præfertur, concessa, ac statuta: & ordinationes, ac Congregationis Heremi institutionẽ, et ex ea, ac Congregatione de Murano, unius nouæ Congregationis erectionẽ, quæ Heremi, & sancti Michaelis Congregatio nuncupetur: ac Monasteriorũ & Prioratuum, ac aliorũ beneficiorum, alijs decem et septẽ principalioribus locis unionem, annexionem, et incorporationẽ, eò firmiùs persistere, quò sedis prædictæ protectione, & auctoritate communita fuerint: ac, prout expedire arbitramur, salubriter prouidere volentes.

3 *Nos igitur, qui dudũ, inter alia, voluimus quòd semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interesset: & idem obseruari voluimus in confirmationibus unionũ iam factarũ: quiq; religiosarum personarum gesta, eo potiori fauore prosequimur, quo speramus, quòd exinde sacræ Religionis vigor accrescat, eaq; plurimùm in Domino commendãtes: ipsorumq; Generalis et Heremitarum, ac Abbatũ, Priorum, et Capituli statũ prosperum & tranquillum paterno zelantes affectu.*

Eos

Eos, et eorum quẽlibet, à quibuſuis excom municationis ſuſpenſionis, et interdicti, alijsq́; eccleſiaſticis, ſententijs, cẽſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectũ præſentiũ, dũtaxat conſequendũ, ha rũ ſerie abſoluentes, et abſolutos fore cenſentes. 4

Ac fructuum, redditvum, & prouentuum Monaſteriorum, & Prioratuum, quorum verus annuus valor non exprimitur, verum annuũ valorem præſentibus pro expreſſo habẽtes. 5

Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, ac poteſtatis plenitudine. 6

Priuilegia, et indulta præfatis Heremo, et Cõgregationi de Murano, ac alijs dicti ordinis Monaſterijs, et locis: tàm per Pontifices præfatos, & quatenus ſint honeſta, & ſacris canonibus non contraria: quàm per Imperatores, ac Reges, & Principes præfatos conceßa. 7

Necnon ſtatuta, & ordinationes in dicto Capitulo Generali edita, & vt præfertur reformata, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ approbamus, & confirmamus: eaq́; perpetuæ

firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decernimus.

9 Supplemusque omnes & singulos defectus, tàm iuris, quàm facti, siqui forsan interuenerint in eisdem.

10 Et potiori pro cautela volumus, vt quicquid dubij in dictis, et in hoc etiam nostro priuilegio, seu in aliquo eorum, pro tempore emerserit: id, data verborum ambiguitate, & Iurisperitorũ interpretatione, in fauorem dictæ Cõgregationis de nouo erectæ, & locorum particularium eiusdem, interpretari debeat: & cuiusuis particularis Monasterij dictæ Congregationis, etiam de nouo erectæ:

11 Priuilegia, & omnia etiam quæ in toto hoc priuilegio continẽtur, vniuersæ huic Congregationi de nouo erectæ, et omnibus, et singulis particularibus eiusdem Cõgregationis de nouo erectæ Monasterijs: ac omnibus dicti ordinis Monialibus, & Monialium locis, sint cõmunia, et ad illa extẽdantur. Et insuper, etiam vltra priuilegia eidẽ Heremo, & sancti Michaelis, vt præfertur, de nouo erectæ Cõgregationi cõcessa: hac perpetua, atque irrefragabili Cõstitutione; motu, sciẽtia, & potestate similibus, sancimus

Quòd

Quòd omnes, & singuli dictæ erectæ Cōgregationis Monachi ordinem ipsum professi præsentes, & futuri, quamuis in diuersis Monasterijs, siue locis pro tempore maneant: vnum tamen corpus, & vna Congregatio. 12

Heremi, & sancti Michaelis nuncupata existant: 13

Ipsaq; Congregatio, ab Apostolica sede meritò approbata: ab vniuersis Christi fidelibus in reuerentia, & deuotione habeatur. 14

Et dictæ Cōgregationis Capitulum generale, siue in eo voces pro tempore habentes, pro felici dictæ Cōgregationis successu, statuta, constitutiones, ordinationes, ac omnia, & singula, quæ in spiritualibus, & tēporalibus ipsius Congregationis, et eius Regularis disciplina, statū, obseruantiam, indemnitatem: & circa diuini officij directionem, & ordinationem, absq; tamen ipsius Regulæ, in substātia, vel effectu, variatione: interpretationem, vel declarationem quoquo modo concernere poterunt: auctoritate prædictæ instituendi, ordinandi, interpretandi, et declarandi: ac ea quæ sic instituta, ordinata, interpretata, vel declarata fuerint: in toto, vel in parte, prout rerum, vel temporum qualitas 15

exege-

exegerit, tollendi, alterandi, & in melius commutandi, plenam & liberam in omnibus habeant facultatem.

16 *Quibus institutis, ordinationibus, declarationibus, & correctionibus, singuli de Congregatione de nouo erectæ huiusmodi, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, seu conditionis existant, efficaciter parere omnino teneantur.*

17 *Ita tamen quòd ad peccatum, nisi contra fiat ex contemptu, aliquem non obligent.*

18 *Et quoties Prælatus aliquis, Monasterium cui præfuerit, reformare, & ad ipsius de nouo erectæ Congregationis obseruantiam reducere decreuerit: reformationem ipsam, iuxta instituta, decreta, & ordinationes Congregationis eiusdem, prout cōuenientiùs poterit, exequatur.*

19 *Et eius acta, conuentiones, & modi eo ipso, quòd de consensu dictæ Congregationis, seu ad id deputatorum in formam publicam redacta fuerint, Apostolico sint robore communita.*

20 *Vniuersi verò eiusdem Congregationis de nouo erectæ Prælati, sub præfati generalis ordinis, & alij Monachi, ac conuersi, & commissi, sub Prælatorum, in quorum Monasterijs, aut alijs locis ipsi Monachi, conuersi, & commis-*

commissi morantur, obedientijs viuant, & eas illis humiliter præstent.

Et nulli Prælatorum, vel Monachorum 21
prædictorum, ab institutis, ordinationibus, correctionibus, & mandatis Capituli, siue generalis ordinis, aut aliorum Prælatorum Congregationis huiusmodi, ad quemcunque, etiam ad nos, & sedem prædictam de speciali indulto Summi Pontificis liceat appellare: appellationesq; desuper pro tempore interpositæ, & inde secuta, irrita habeantur.

Et cùm cõtra aliquem Prælatum, vel Mo 22
nachum de nouo erectæ Congregationis huiusmodi, ciuiliter, aut criminaliter agi contigerit secundum consuetudines, & statuta prædicta: iuris cõmunis apicibus, dilationibus, terminis, & litium anfractibus omissis procedi debeat.

Et ipsius de nouo erectæ Cõgregationis Præ- 23
lati suos Monachos, qui licentiã à sede præfata habere dixerint, se ad aliud quodcunq; Monasterium, siue locũ trãsferendi, obtentu litterarum Apostolicarũ, transferri non sinãt, nisi in ipsis litteris specialis, specifica, et expressa de Congregatione, & nostra ordinatione huiusmodi mentio fiat: eiq; sufficienter derogetur.

24 Ac tunc ſi infra tres menſes id non compleuerint: contra eos, tanquam contra Apoſtatas agi poſſit.

25 Niſi in ipſis litteris Apoſtolicis expreſſum fuerit tempus, infra quod ſe debebāt ad huiuſmodi Monaſteria, ſiue loca tranſtuliſſe, eoque caſu, non prius contra eos agi liceat, quàm dicta tempora ſint elapſa.

26 Ac Congregationis huiuſmodi Prælati, quaruncunq; litterarum Apoſtolicarum prætextu, niſi in illis, præſentibus, ſpecialiter et expreſsè derogetur ad recipiendum Monachos: quia aliàs ab eorū proprijs Monaſterijs, abſque ſuorum Superiorum licentia contumaciter receſſerunt, à quoquam nequeant quomodolibet coarctari.

27 Illi verò ex eiſdem Monachis, quos de Prio ratibus, in quibus profeſsi fuerunt, aut Monaſterijs, ſiue locis, ad alia dictæ Congregationis Monaſteria, ſiue loca, iuxta dicti Capituli ordinationem, transferri contigerit: aut alias pro Conuentualibus quomodolibet, ex tunc ab ipſis Prioribus, Monaſterijs, atque locis realiter abſoluti extiterint, aliorum Monaſteriorum, locorumq́ʒ, quamdiu ibi ſteterint, Mo-

nachi, & suppositi reputentur, & pro Conuentualibus inibi habeantur, ac si in illis professionem suam emisissent.

28 *Ac omnia Monasteria, & loca prædicta, & eorum Prælati, atque personæ: quibuscunq; eis à dicta sede, vel alias qualitercunque concessis, ac de iure, seu consuetudine debitis, iuribus, præeminentijs, ac dignitatibus inconcusse gaudeant, & vtantur: dummodo illa præmissis & alijs dictæ Congregationis institutis, & ordinationibus non obsistant.*

29 *Nec propterea ex Monasterijs ipsis vnum alteri censeatur esse subiectum: sed, eis in sua pristina libertatē manentibus, ea uicissitudinibus, adminiculo, copulata, sub felici dictæ de nouo erectæ Congregationis regimine, sibi vniformi regularis obseruantiæ gressu, inuicem suffragentur.*

30 *Monasteria autem, & Prioratus, quæ nũc*
31 *Sancti Michaelis sunt, & pro tempore erunt, etiam unita, Eremi, et Sancti Michaelis Congregationi de nouo erectæ huiusmodi, per Prælatos, dumtaxat eiusdem Congregationis, regantur, & gubernantur, & quotiens illa vbicunque etiam.*

32 *Apud sedem prædictam, et qualitercunque vacare contigerit, etiam si quæuis speciales, vel generales de illorum prouisionibus, seu dispositionibus, per dictam sedem reseruationes factæ fuerint, generale Capitulum, si tunc celebretur alioquin dicti ordinis generalis pro tempore existens, unà cum maiori parte Visitatorum, cùm per ipsam de nouo erectam Congregationem, & ad id deputatos, illos, ex eiusdem de nouo erectæ Congregationis monachis præsentibus, & futuris, etiam.*

33 *Defectum natalium ex quibusuis personis patientes, quos ad id idoneos fore crediderint: in Prælatos, tunc vacantium Monasteriorum & Prioratuum huiusmodi: aliàs secundum consuetudines, ordinationes, & statuta prædicta eligere, seu nominare, & ad eorum nutum & beneplacitum taliter electos, seu nominatos à regimine, et administratione dictorum Monasteriorum, et Prioratuum: quibus tunc præfuerunt, & quæ tunc propterea vacare censeantur, absoluere, & amouere.*

34 *Præfati sic electi, seu nominati, absque alicuius dictæ sedis, vel alterius prouisionis, vel dispēsationis adminiculo, etiā præter hoc, quod*

eis munus benedictionis impendatur: ipsis Monasterijs & Prioratibus, atque sic electi, vel nominati fuerint præesse, ac illa in spiritualibus, ac temporalibus regere, & gubernare, ac omnes actus ibidem exercere, & insignia deferre, ac si munus huiusmodi suscepissent.

Et si contingat Prælatos dictæ de nouo erectæ Congregationis, à Monasterijs, & Prioratibus, atque vt præmittitur electi, seu nominati fuerint: aliqua legitima causa abesse, idque pro dictorum Congregationis & Monachorũ, ac illorum præsentium, & futurorum, Monasteriorum, ac Prioratuum conseruatione, & statu prospero & felici, quod absente Prælato: ne Monasterium sibi commissum, ex eius absentia, damna sustineat: alius qui Monasteriũ, seu Prioratum ipsum regat, & gubernet, durante absentia huiusmodi deputetur, vtile videatur & expediat: quod quotiens id contigerit: Capitulum, seu Generalis cum deputatis huiusmodi, aliàs iuxta eorum cõsuetudines, et statuta, curam, regimen, & administrationem ipsius Monasterij, seu Prioratus: Prælati sui præsentia carentis: in spiritualibus, & temporalibus, dicta absentia durante: alteri 35

com-

committere liberè, & licitè poſsint.

35 *Et quòd aliquod ex dictis Monaſterijs, vel Prioratibus, aut alijs dictæ de nouo erectæ Congregationis locis, per quaſcunque litteras Apoſtolicas, etiam motu ſimili, & cum reſeruationibus, ac quibuſcunque derogatorijs, per quas, effectus præſentium quomodolibet impediri, vel differri poſsit, clauſulis, conceſſas hactenus, & imposterum concedendas: per aliquem ex dictæ de nouo erectæ Congregationis, vel extra eam, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, ſeu conditionis ſit, etiam ſi Cardinalatus honore, aut Pontificali, vel alia quauis auctoritate præfulgeat: in titulum, aut commẽdam, ſeu administrationem, vel alias obtineri, ſeu ſuper alicuius illorum fructibus, redditibus, & prouentibus aliqua penſio reſeruari, concedi, et aſsignari, vel ius ſibi deſuper acquiri.*

37 *Vel aliquis, contra præſentium tenorem, quouis quæſito colore, quempiã de dicta de nouo erecta Congregatione, ſuper aliquo, ex dictis Monaſterijs, Prioratibus, & locis, ratione tituli: ſeu commendæ, vel administrationis, ac penſionis huiuſmodi, impetere, ſeu moleſtare valeat.*

Quod-

Quòdque deinceps, nulla ex beneficijs ecclesiasticis cum cura, vel sine cura, ad collationẽ, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem Abbatum, vel Priorum, ac Conuentuum, Monasteriorum, & aliorum locorum dictæ de nouo erectæ Congregationis, communiter, vel diuisim pro tempore pertinentibus; etiam qualitercunque beneficia ipsa, & vbicunque, præterquam apud sedem prædictam vacare contigerit, dummodo dispositioni Apostolicæ generaliter reseruata nõ fuerint. sub gratijs, expectatibus, aut prouisionibus, seu alijs dispositionibus dictæ sedis, facultatibus, seu indultis, de conferendis beneficijs ecclesiasticis vacantibus, vel vacaturis, quibusuis personis, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, & quauis etiam Pontificali dignitate præfulgeant, ab eadem sede quomodolibet concessis, & in antea concedendis, quomodolibet cadant, seu comprehendantur: sed ipsorum beneficiorum collatio, prouisio, præsentatio, electio, & dispositio, illorũ occurrente vacatione, præmissis non obstãtibus: ad Abbates, & Priores, ac cõuẽtus præfatos, liberè, et absq; aliquo 38

præ-

præfatæ ſedis præuentionis impedimento, pertineant, & ſpectent: ac de beneficijs ipſis, nullus alius quàm Abbates, ſeu Priores, & Conuentus prædicti, quoruncunque facultatum, et indultorum ſibi à ſede, vel legatis præfatis, qualitercunque, et ſub quibuſuis verborum formis & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, etiam motu ſimili conceſſorum, & concedendorum vigore, vel prætextu, diſponere valeat quoquo modo. Ac omnes & ſingulæ gratiæ expectatiuæ, & acceptationes, prouiſiones, diſpoſitiones, collationes, & litteræ ſedis, ac illius legatorum huiuſmodi, facultateſq́ue, & indulta ſuper collationibus beneficiorum eccleſiaſticorum vacantium, ſeu vacaturorum, quibuſuis etiam vt præfertur qualificatis perſonis: & cum prædictis clauſulis pro tempore conceſſa, proceſſuſq́ue deſuper habiti pro tempore etiam excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliaſque eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pœnas in ſe continentes, quoad beneficia ad collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, aut aliam diſpoſitionem Abbatum, et Priorũ, ac Conuentuum prædictorum reſpectiuè ſpectantia huiuſmodi, ac totum id,

& quic-

& quicquid in contrarium à quoquã, quauis auctoritate, scienter uel ignoranter attemptari contigerit, omni prorsus careant firmitate.

Nec quisquam personas, quæ de iure communi Religionem ingredi non prohibentur, è seculo fugiētes, & ad dictam de nouo erectam Congregationem venire affectantes, verberibus, aut violentijs quibuslibet impedire, vel prohibere, aut à Monasterijs, vel locis Congregationis eiusdem præsentibus, vel futuris diuertere. 39

Aut super hoc illis, vel eas recipientibus, iniuriam, vel molestiam aliquam irrogare præsumat: Contrafacientes verò præsentium notitiam habentes, vel quæ eas ignorauerint, & postquam ad eorum notitiam deuenerint, à præmissis iniurijs, et violentijs nō destiterint: excommunicationis sententiam ipso facto incurrāt; à qua, præterquam in mortis articulo constituti, nisi à sede præfata, absolutionis beneficium nequeant obtinere. 40

Ac nullæ ecclesiasticæ, vel seculares personæ quacunq; auctoritate, uel dignitate præditæ, aliquē ex Prælatis, vel Monachis Congregationis prædictæ, obsequiorū, vel seruitiorū propriorū, 41

vel Monasteriorum suorum prætextu, etiam si absque licentia suorum Superiorum ad eas diuertere, vel alia quauis causa, etiam arctioris vitæ, ordinis, vel obseruantiæ, à dicta de nouo erecta Congregatione educere, vel spontè venientes recipere, & penes se retinere audeant, etiam auctoritate litterarum Apostolicarum, in quibus de huiusmodi Prælato, vel Monacho, & Congregatione nominatim expreßa mentio non fiat, absque consensu Capituli, seu Generalis, vel maioris partis Visitatorum de nouo erectæ Cōgregationis huiusmodi pro tempore existentium: quòd si recipientes præfati infra tres dies, postquam eis præsentes innotuerint, Prælatum, seu Monachum, extra ipsam de nouo erectam Congregationem existentem huiusmodi, eidem de nouo erectæ Congregationi non restituerint, cum effectu, vel à se realiter nō abiecerint: excommunicationis sententia innodati existant eo ipso; à qua, nisi in mortis articulo, aut à sede prædicta absolui non poßint.

42 *Generalis autem ordinis, ac Abbates, & Priores de nouo erectæ Congregationis huiusmodi pro tempore existentes, seu ab eis deputati,*

tati, possint omnes & singulos eiusdem de nouo erectæ Congregationis, Monachos ab illa vagos & fugitiuos, aut suis superioribus non obedientes, & rebelles, & qui, habita licētia, conditionem eis impositam non impleuerint, aut lapso licentiæ termino, ad propriū Monasteriū non redierint, vel alia loca, seu Monasteria, absq; speciali Apostolico Priuilegio præsentibus deroganti, aut Superiorum suorū licentia se transtulerint, vel aliquarum personarum, quacunque dignitate, etiam Cardinalatus honore fungentium seruitijs in Romana curia, vel extra eam, se addixerint, vel ab eis litteras familiaritatis, aut Capellanatus obtinuerint: capere, & in carceribus detinere, aut per censuram ecclesiasticam, & alia iuris remedia, appellatione remota, etiam inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, ad solitam & debitam reuerentiam compellere.

Et vt dictæ de nouo erectæ Congregationis 43
Monachi, diuinis beneplacitis quietiùs, & liberiùs insistant: eosdem dicti ordinis Generalem, ac de nouo erectam Congregationem, & illius Abbates, & Visitatores, & alios Prælatos, ac Monachos, Conuersos, Commissos,

Nomitios, personas, & Capellanos, etiam curam habentes animarum, necnon familiares, & seruitores eorum, nunc, & pro tempore existentes: ac ipsius de nouo erectæ Congregationis Monasteria, Prioratus, & loca, etiam quæ in posterum eidem de nouo erectæ Congregationi quandocunque vniri, vel incorporari, seu subijci, vel alias quomodolibet aggregari contigerit, omniaq; & singula dictorum Monasteriorum, Prioratuum, & locorum præsentium, & futurorum Ecclesias, capellas, etiam si ipsis cura immineat animarum, oratoria, manualia, membra, castra, fortalicia, ædificia, villas, grãgias, vineas, oliueta, hortos, syluas, nemora, prata, pascua, piscationes, molendina, aquas, aquarum decursus, iura, iurisdictiones prædia, possessiones, & bona quæcunq;, quæ in præsenti sunt, & in futurum erunt dictæ de nouo erectæ Congregationis: Et quæ omnia, & singula, per eorum vocabula, fines, valores, qualitates, & quantitates hic habere volumus pro sufficienter expressis, à quorumcunque Legatorum, etiam de latere, & subdelegatorum, necnon Nunciorum dictæ sedis, ac Vicariorum, Recto-

rum,

rum, & quorumuis officialium Romanæ Ecclesiæ, necnon Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, electorum, administratorum: Et aliorum quorumcunque iudicum, ordinariorum, quauis auctoritate, & potestate fungentium, ditione, auctoritate potestate, dominio, visitatione, reformatione, & correctione, ita quòd in dictam de nouo erectam Congregationem, vel eius singulares personas, seu benefactores, occasione beneficiorum eisdem collatorum ab eis, aut quia subditi eorum, cum eisdem Monachis conuersentur, seu ab ipsis recipiant absolutionis, & Eucharistiæ sacramentum. Necnon in Monasteria, Prioratus, loca, & personas in eis degentes, ratione delicti, excessus, seu contractus, aut rei, de qua agitur vbicunque iniatur contractus, committatur delictum, aut res ipsa cõsistat: excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aut alias quasuis sententias, nisi de speciali sedis prædictæ commissione, quomodolibet directè, vel indirectè proferre, seu promulgare non possint: prorsus eximimus, & totaliter liberamus.

Eaq; omnia, et eorũ quodlibet in ius, et proprietatẽ B. Petri, & sedis eiusdẽ, et sub eorũ, 44.

& nostra protectione suscipimus, ac nobis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ, annuum censum unius unciæ auri, per eandem de nouo erectam Congregationem, in festo Beatorum Petri, & Pauli Apostolorũ, annis singulis, Cameræ Apostolicæ persoluendum: in signum perceptæ perpetuæ libertatis, & exemptionis assignamus: quòd si legati, subdelegati, ordinarij, seu aliæ personæ prædictæ, contra exemptionem, & liberationem vestras huiusmodi, quicquam attemptare quoquo modo præsumpserint, ac requisiti, vigore præsentium, per ipsius de nouo erectæ Congregationis Prælatos, vel Monachos, infra tres dies, à die requisitionis huiusmodi, non destiterint, excommunicationis sententiæ ipso facto nouerint se subiectos. Et nihilominùs quod aliter actum fuerit, eo ipsò sit irritum, & inane, nulliusque roboris, vel momenti.

45 *Volumus insuper, quòd dictæ de nouo erectæ Congregationis Prælati, vel Monachi, litteras Apostolicas super administranda iustitia, executione facienda, visitatione exercenda, aut aliquouis negocio peragẽdo, ad eos pro tempore impetratas, vel directas, acceptare, & in*

illis contenta exequi, & iuramentum de calumnia, vel veritate dicenda, subire, aut testimonium perhibere, seu extra suas Ciuitatẽ, & Diocœsim trahi, et ad quæuis Concilia Generalia, Prouincialia, vel Synodalia, aut Cōgregationes, quouis nomine censeantur, Ecclesiasticarum, vel Laicarum personarum, cuiuscunque dignitatis, aut status existant, etiam Apostolica auctoritate indicta, præterquam ad ipsius de nouo erectæ Congregationis Capitulum celebrandum, aut alias, iuxta eorum ordinationes, ire, vel mittere, aut processionibus publicis, vel funeralibus interesse inuiti, minimè teneantur.

Seu quòd in eorum locis, Missæ, vel alia diuina officia celebrentur, ordines conferantur, vel agitentur causæ ciuiles, vel criminales, processiones conuocentur, aut Synodus, Conuentus, seu quæuis Congregationes, tàm Ecclesiasticarum, quàm Laicarum personarum fiant: siue quòd huiusmodi de nouo erectæ Congregationis loca, ad vsum hospitum, habitationem, detentionem, & incarcerationem Ecclesiasticarum, & Laicarum personarum deputẽtur: astringi, seu compelli nullo modo possint. 46

Testi-

47 *Testimonia verò Prælatorum, Monachorum, Conuersorum, Commissorum, & Nouitiorum dictæ Congregationis, in causis ipsorum ciuilibus, & criminalibus, in iudicio, & extra, legitima, seu iuridica sint.*

48 *Nulli quoque Reges, Principes, Barones, Milites, Nobiles, Laici, Communitates, Vniuersitates, Magistratus, Rectores, & Officiales Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, & Diocœsum diuersorum, Monasterijs, Prioratibus, locis, capellis, Ecclesiis, manualibus, grãgijs, castris, possessionibus, et bonis: necnõ Prælatis, & Monachis ipsius Congregationis: gabellas, taleas, datia, collectas, etiam pontium refectionibus, aut viarum reparationibus, aliavè onera, seu grauamina inferre, indicere, & imponere, aut indicta, & imposita exigere: sub excõmunicationis, ac maledictionis æternæ pœnis, quas, nisi præsentium habita notitia, prorsus destiterint, ipso facto incurrant: audeant, vel præsumant.*

Nota.

49 *Nec aliquod ex dictæ de nouo erectæ Congregationis, Monasterijs, Prioratibus, grangijs, membris, manualibus, & locis prædictis ad dandum, seu soluendum aliquam Canoni-*

cam

cam portionem, siue decimam, aut quid aliud, quod eorum loco, solui consueuerit Archiepisco pis, Episcopis, Capitulis, Parochianis, Collegijs, vniuersitatibus, Communitatibus, fabricis, & alijs quibuscunque personis, de iure, vel consuetudine, aut statutis, vel Priuilegijs quibuscunque, aut ex quacunque causa hactenus ab eis forsan debita, seu quæ deberi prætendentur quomodolibet in futurum.

Etiam de relictis, legatis, & donatis, tam 50
in vltimis voluntatibus, quàm etiam inter viuos, seu aliàs quacunque occasione concessis, et concedendis, quomodolibet teneantur.

Ipsaque Monasteria, Prioratus, loca, ma- 51
nualia, grangiæ, possessiones, & bona, ac Prælati, Monachi, & personæ de nouo erectæ Congregationis eiusdem, ab omni impositione, exactione, collecta, decima, caritatiuo subsidio, aut alio quocunq; reali, aut personali, vel mixto onere, vel grauamine, quouis nomine censeantur, per nos, aut successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, indictis.

Necnon ab oĩbus cẽsibus, redditibus, et solu 52
tionibus, rõne uisitationis, aut subiectionis, quo-

cunque iure, quibuscunque ordinarijs, Capitulis, Collegijs, Congregationibus, vniuersitatibus, aut alijs quibusuis personis.

53 *Hactenus debitis, quæ nos eidem Congregationi, de Apostolicæ potestatis plenitudine, gratiosè remittimus, & in futurum debendis, illorumq; solutione præstationeq; sint, esseq; debeant libera penitus, & exempta, atque immunia: ita quòd ad illorum præstationem, vel solutionem per quoscunque, et quarumuis etiam litterarum Apostolicarum vigore cogi, aut aliàs desuper inquietari nequeant.*

54 *Nullusque ab eisdem de quibuscunque possessionibus vbilibet constitutis, quæ in præsenti sunt, vel in futurum erunt, Monasteriorum, Prioratuum, & bonorum de nouo erectæ Congregationis huiusmodi, quæ illius Prælati, Monachi, vel personæ colunt, seu coli faciunt, & in futurum colent, seu coli facient, ex hortis, virgultis, piscationibus, vel de nutrimentis animalium primitias, decimas, quarcesia, aut quocunque nomine nuncupata, alia iura exigere, vel extorquere præsumat, nec ipsi illa cuiquam soluere sint astricti.*

55 *Et quòd de nouo erectæ Congregationis huiusmodi*

iuſmodi Monaſteria, & loca, hæreditates, legata, & fideicommiſſa per medias perſonas, Monachorum, aut alias qualitercunque ad ea delata bona mobilia, & immobilia, in quibuſcunque Ciuitatibus, & locis, quouis titulo acquirere.

Ipſique Monachi, & perſonæ, illa pro ſe, eorumque Monaſterijs petere, & exigere poſſint, vndecunque, vel qualitercunque eis debeant, & quæ petendi, & exigendi ſi in ſeculo remanſiſſent, ius haberent. 56

Et contra de nouo erectæ Congregationis huiuſmodi Monaſteria, loca, perſonas, & bona, tàm in præteritis, quàm futuris aliqua non curat præſcriptio, niſi poſt lapſum ſexaginta annorum. 57

Cupientes inſuper, vt de nouo erectæ Congregationis huiuſmodi perſonæ, ſublatis obſtaculis quibuſcunque, ſedulum, & deuotum Domino exhibeāt famulatū motu, & ſcientia ſimilibus: ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi cōtingat Ciuitates, Terras, vel loca, in quibus Monaſteria, ſiue loca de nouo erectæ Cōgregationis huiuſmodi cōſiſtāt, eccleſiaſtico ſupponi interdicto, ipſius de nouo erectæ Cōgregationis. 58

59 *Prælati, Monachi, Conuersi, Commissi, Nouitij, et Capellani, necnon Laici intra septa ipsorum Monasteriorum, seu locorum, pro tempore habitantes, à præfatæ de nouo erectæ Congregationis Monachis ad id deputatis ianuis clausis, interdictis, exclusis, & submissa voce, Missas, & alia diuina officia audire, & ecclesiastica sacramenta suscipere, ipsiq́ue Monachi sic deputati illa celebrare, & ministrare.*

60 *Et quòd eiusdem de nouo erectæ Congregationis Monachi, præsentes, & futuri, omnes etiam sacros ordines, ad quos per eorum superiores præsentati fuerint, à quocunque maluerint Catholico Antistite, gratiam, & communionem dictæ sedis habente, recipere, & huiusmodi Antistitem, in huiusmodi Congregationis Monasterijs, & locis, duntaxat annotare: ipse Antistes, Monachos dictæ de nouo erectæ Congregationis, à suis Superioribus sibi pro tempore præsentatos, Apostolica auctoritate, absq; aliqua licentia, & contradictione Diocœsani, & absque eo, quod aliquod aliàs illi propterea præiudicium generetur, nulla examinatione præmissa, statutis tamen à iure temporibus, ordinare.*

Missas

Missas inibi celebrare, Ecclesias, Altaria, 61
& vasa consecrare, vestes benedicere, & alia Pontificalia exercere.

Necnon, quòd Generalis ordinis, & Abba- 62
tes, Priores, & Prælati de nouo erectæ Congregationis huiusmodi pro tempore existentes, in oĩbus casibus, in quibus de iure communi, Prælatis, & Monachis dictæ de nouo erectæ Congregationis auctoritas siue licentia, seu dispensatio ordinariorum, si ab eis exempti nõ essent, foret necessaria, cum eis auctoritate prædicta dispensare, eisque licentiam, & auctoritatem concedere.

Ac personas volentes eidem de nouo erectæ 63
Congregationi sociari, etiam si Religionem locorum, vel ordinem alium quemcunque arctiorem ingredi vouissent, tali voto non obstante, ad probationem, professionemq; recipere, & eos, dicta auctoritate, ab ipso voto absoluere, & cum ipsis, dummodo in tali Religione, vel ordine, quem vouissent, professionem non emiserint, & ante professionem emissam, ab ipsa de nouo erecta Congregatione non recedant.

Super omnibus votis (Religionis voto, dũtaxat excepto) dispensare, ac oĩbus quocunq; ex- 64

commu-

communicationis vinculo innodatis, de nouo erectam Congregationem huiusmodi Altissimo famulaturis ingredi volentibus, iniunctis eis, iuxta eorum facultates, restitutione, et pœnitentia salutari, tanquam vni ex Monachis de nouo erectæ Congregationis huiusmodi, absolutionis beneficium impendere, eosque etiam ad probationem recipere, ita tamen quòd si inde ante professionis emissionem discesserint, in eandem ipso facto reincidant.

65 *Et cùm sæpè contingat, quòd, ob singularem deuotionē, quod nonnullæ personæ ad Monachos huiusmodi de nouo erectæ Congregationis, ad eosdem Monachos, pro earum salute animarum recurrant, eiusdem de nouo erectæ Cōgregationis Prælatis, siue Monachis, à suis Superioribus ad audiendum huiusmodi personarum Confessiones deputatis, quòd personas ipsas accedētes audire, ac personæ ipsæ, eis, absque alia Superiorum suorum licentia confiteri.*

66 *Nec non dictis Prælatis, siue Monachis, confessiones huiusmodi audientibus, dictos confitentes, pœnitentia, & satisfactione prævijs, quotiens opus fuerit, ab omnibus, & singulis peccatis dictæ sedi non reseruatis, & à*

qui-

quibuscunque suspensionum, excommunicationum, & interdicti sententijs, alijsq; ecclesiasticis censuris, & pœnis, quas à iure, vel ab homine latis incurrisse quomodolibet constiterit absoluere.

67 *Et vota per eos pro tempore emissa, in omnibus & singulis casibus, locorum ordinarijs, etiam per Synodales, seu Prouinciales Constitutiones reseruatis, in alia pietatis opera commutare, et desuper cum eisdem vouentibus dispensare, exceptis tamen censuris; pœnis, votis, & casibus, super quibus esset sedes præfata meritò consulenda.*

68 *Ipsisque confitentibus, ac alijs omnibus, qui ad præfatos Monachos, ob huiusmodi deuotionem recurrent, Eucharistiæ sacramentum ministrare liberè possint.*

69 *Nec non Prælatis, Monachis, & personis Congregationis huiusmodi, quocunque nomine censeantur, ne propter participationem, etiam in diuinis, cum excommunicatis, suspensis, & interdictis, à iure, vel statutis ordinariorum, aliquam excommunicationis, censuræ, aut peccati maculam incurrant, nisi ipsi excommunicati essent specialiter denunciati.*

Ac

70 Ac quòd illi ex præfatis Monachis, qui adeo Monasteriorum suorum officijs occupati, vt in Choro interesse, ac diuinum officium vix sine labore, & tædio dicere, ac ipsa eis, ratione officiorum huiusmodi, incumbentia caritatis opera implere nequeant, & qui ad diuinum officium huiusmodi dicendum adeo, vel non docti, vel minùs experti pro tempore existunt, dummodo in sacris non sint ordinibus constituti, licet professionem emiserint: tamen ad persoluendum totum integrum officium diuinum, minimè teneantur; sed eorum Prælati habita suppositorum suorum consideratione, vltra officiũ Beatæ Mariæ Virginis, ad quod obligati remaneant, iuxta dispensationem eis traditam, si eorum animabus expedire videbitur, aliquid dicendum iniungant, quod cum animi alacritate valeat adimpleri.

71 Præterea omnibus Christi fidelibus, exceptis excommunicatis, aut interdictis, vel publicis vsurarijs, vt in locis, & Monasterijs de nouo erectæ Congregationis huiusmodi, præsentibus, & futuris, suam possint eligere sepulturã, saluo tamen iure illarum Ecclesiarũ, à quibus ipsorum decedentium corpora assumuntur.

Necnon

Necnon Generali ordinis, & Abbatibus, Prioribus, vel Prælatis, aut alijs per Congregationem de nouo erectam huiusmodi, ad id pro tempore deputatis, in unionibus, annexionibus, incorporationibus, ac reformationibus, seu receptionibus Monasteriorum, Prioratuum, vel aliorum beneficiorum ecclesiasticorum pro ipsa de nouo erecta Congregatione faciendis, cum Prælatis, & personis, Monasteria, seu beneficia huiusmodi per eos obtenta in Congregationis huiusmodi, seu alicuius illius particularis Monasterij commodum dimittere volentibus, conuentiones, & pacta, quæ illicita, & quando Apostolica cõfirmatione carerent, expressè prohibita censerentur, inire, ac Monasteria, Prioratus, & alia beneficia quæcunq;, conuentionibus, & pactis huiusmodi interuenientibus acquisiuerũt, retinere, ipsaque conuentiones & pacta obseruare, absq; eo quòd aliquam Symoniæ labem incurrant, liberè, & licitè valeant. 72

Et quandocunque per aliquem, aut plures actus contra ea, aut ipsorum aliquod à quocunque, cuiuscunque dignitatis, conditionis, gradus, seu status fuerit, ex negligentia, vel igno- 73

 rantia

rantia præsentium, quibus hæc conceduntur, aut alia quauis causa scienter, vel ignoranter attemptari, vel pro tempore obseruari contingat: nullum tamen propterea exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, gratijs, indultis, & priuilegijs huiusmodi; præiudicium generetur; sed ea omnia, & singula in suis robore, & firmitate permaneant.

74 *Ac quòd deinceps per quascunque reuocatorias, seu alias Apostolicas concessiones, vel litteras, sub quibuscunque verborum formis, & tenoribus, aut clausulis derogatorijs, etiam si illæ motu et scientia similibus emanauerint, nulla ex prædictis concessis, et quæ eidem de nouo erectæ Congregationi, pro tempore concedentur exemptionibus, immunitatibus, gratijs, indultis, priuilegijs, & concessionibus, quomodolibet reuocari, cassari, & annullari censeantur, seu reuocari, cassari, & annullari, seu ipsis, vel ipsorum, seu quibusuis in eis contentis particulis, aut clausulis derogari valeat, nisi in derogatorijs, uel alijs litteris, seu cassationibus huiusmodi, illa, vel illæ ex litteris, quæ reuocari, aut cassari, vel annullari viderentur, aut cui, vel*

quibus

quibus derogari appareret, eorumque totus tenor de verbo ad verbum integrè insereretur, & de omnibus & singulis Congregationis huiusmodi Monasterijs nominatim, & specifica mentio fiat. Ac in eisdem reuocatorijs, cassatorijs, vel alijs litteris, manifestè & expressè appareat, quòd Romanus Pontifex, huiusmodi Priuilegijs indultis, & litteris, de quibus tunc actum fuerit, voluerit specialiter derogare, vel illa reuocare, cassare, seu annullare: Ac tunc demum vrgens, sufficiens, & rationabilis propter quam derogatio, reuocatio, caßatio, & annullatio ipsa mentio fieri debeat, causa exprimatur, alias derogationes, reuocationes, cassationes, irritationes, et annullationes quæcunque, si quas aliter, quàm vt præfertur, à quocunque etiam Romano Pontifice fieri contigerit, ac quæcunque exinde secuta nullius sint roboris, vel momenti: ipsis conceßis litteris, priuilegijs, indultis, gratijs, exemptionibus, & libertatibus in suo pristino, plenario, & integro robore duraturis.

Et quòd per quascũq; reuocationes, cassatio 75
nes, seu annullationes quarũcunq; vnionũ, annexionũ, incorporationũ, & appropriationum,

de quibusuis Monasterijs, Prioratibus, Ecclesiis, siue locis Ecclesiasticis per nos, aut successores nostros Romanos Pontifices, aut eorum aliquem, in genere, vel in specie, sub quibusuis verborum formis, vel expressionibus, de cætero forsan faciendis: nullum dictæ de nouo erectæ Cõgregationi, super vnionibus, incorporationibus, appropriationibus, & innouationibus quorumcunque Monasteriorum, Ecclesiarum, Prioratuum, aut aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, ac per infrascriptas Constitutiones factarum vnionum confirmationibus per nos, et sedem prædictam, eidem de nouo erectæ Congregationi, vel in eius fauorem faciendis, præiudicium inferatur. Sed illæ omnes, etiam post reuocationes, cassationes, & annullationes prædictas, in suo robore inconcussæ persistãt in omnibus, & per omnia, ac si quoad eas, & ipsarum singulas aliqua reuocatio, annullatio, vel cassatio nullatenus emanassent.

76 *Nisi dum & quando ipsæ super vnionibus, & illarum confirmationibus, concessionibus, vel appropriationibus, seu donationibus confectæ litteræ, in reuocationum, cassationum, & annullationum litteris, constitutionibus, & or-*

dina-

dinationibus huiusmodi, de verbo ad verbum insererentur, ac in eis specialis, expressa, et individua de ipsis Monasterijs, & locis, ac Congregatione mentio fieret: necnon irritum, & inane totum, & quicquid in contrarium quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Necnon Generali, & Abbatibus, Prioribus, Monachis, Conuersis, Commissis, & Nouitijs præsentibus, & futuris, Congregationis de nouo erectæ huiusmodi: vt eorum deuotio per amplius propagetur, & eorum animarum saluti vberiùs consulatur: vt Confessores idonei quos de suorum voluntate Superiorum, aut ipsi Superiores pro libito elegerint, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, plenam semel tantùm in mortis articulo remissionem eis, in sinceritate fidei, vnitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia, & deuotione nostra, vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum, Canonicè intrantium persistentibus, auctoritate præfata concedere valeant. 77

Sic tamen, quòd ipsi Confessores, de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, 78

illam

illam, Congregationis huiusmodi personis, prout ad illas pertinuerit per se, vel alium faciendam iniungant, quam illi facere, prout potuerint omnino teneantur.

79 *Quòdque singuli ex eisdem personis clericis, quamprimum concessione absolutionis huiusmodi gaudere voluerint, septem Psalmos pœnitentiales, cum Letaniis, & orationibus consuetis: Conuersi verò, & Commissi, aut qui præfatos Psalmos dicere commodè non potuerint, quinquageties orationem Dominicam, & totiens salutationem Angelicam, singulis Ebdomadis recitare, idque legitimo cessante impedimento, per annum integrum, etiam si totidem plus minusue, ex alia quauis causa eos dixisse, & dicere oportere contingeret: prosequi, & complere teneantur.*

80 *Occurrente verò impedimento prædicto, & postea cessante, quamprimum poterunt commodè impositionem huiusmodi reficiant, & adimpleant.*

81 *Necnon, quòd diebus quibus nonnullæ vrbis Ecclesiæ pro stationibus consequendis à Christi fidelibus visitari solent, quinque altaria Eccle-*

siæ

siæ Monasterii, seu alterius loci Congregationis huiusmodi, vbi singulos ex eis moram trahere contigerit, aut pauciora, si tot ibi non fuerint, deuotè visitando, semelq; psalmum incipiẽtem. Miserere mei Deus: apud quodlibet altare pro felici statu eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dicendo: easdem indulgentias & peccatorum remißiones consequantur, quas consequerentur, si ipsas vrbis Ecclesias tunc personaliter visitarent. Si verò aliquis ex personis Congregationis de nouo erectæ huiusmodi, pro ipsius Congregationis negociis, aut aliis legittimis causis, extra ptopria Monasteria moram traxerint, vbicunque commodiùs poterunt totidem Altaria in quacunque Ecclesia, dicti Psalmi, apud quodlibet ex dictis Altaribus, recitatione vt præmittitur, visitauerint: & si Conuersi, siue Commissi forsan dictum Psalmum dicere nescientes fuerint, ter orationem Dominicam, & totidem salutationem Angelicam apud quodlibet Altare huiusmodi recitando, eandem etiam indulgentiam consequantur.

Quòdq; hmõi de nouo erectæ Cõgregationis 82 *sacerdotes in itinere constituti, aut alia causa*

subsi-

subsistente ante diem, & vsque ad nonam inclusiuè Missam celebrare.

83 *Quodque duo ex Eremitis præfatis singulo triēnio, terram, & alia loca Sancta, ac Sanctum Iacobum in Compostella, ac Beatorum Petri & Pauli limina, de consensu Capituli Eremi, absq; alia dictæ sedis licentia visitare.*

84 *Ac singuli familiares Monasteriorum, Prioratuum, & aliorum locorum Congregationis de nouo erectæ huiusmodi, etiam Laici in illius ecclesiis peccata sua confiteri, & Eucharistiæ Sacramentum; cuiusuis licentia minimè requisita, recipere, & tempore interdicti ordinaria auctoritate appositi clausis ianuis, ac excommunicatis, & interdictis exclusis, diuina officia audire liberè, et licitè valeant, auctoritate, & tenore præmissis, de specialis dono gratiæ concedimus, pariter & indulgemus.*

85 *Volumus autem, quòd vniuersæ, & singulæ personæ, quibus causæ, auctoritate litterarū Apostolicarum delegari possint, dum & quotiens pro parte Generalis, & Abbatum, Priorum, & Conuentuum, ac Monachorum Congregationis de nouo erectæ huiusmodi, vel alicuius eorum fuerint legitimè requisiti, ad exe-*

cutionem

cutionem quarumcunque litterarum dictæ sedis conseruatoriarum nuncupatarum sancti Michaelis, & de nouo erectæ Congregationi huiusmodi, vel eius Monasterijs, Prioratibus, membris, Abbatibus, Prioribus, & Conuentibus contra illis inferentes molestias, iniurias, grauamina, atque damna, concessarum hacte nus, & in posterum concedendarum, perpetuis futuris temporibus procedant per se, vel alios, alias iuxta earundem conseruatoriarum litterarum continentiam, atque formam in omnibus, & per omnia, perinde ac si conseruatoriæ litteræ eis à principio directæ, eisque, vt quamuis alias conseruatores esse non possent, illas exequerentur expresse mandatum, & super hoc concessa facultas fuisset.

Quo circa dilectis filijs Sanctæ Mariæ 86
Florentinæ, & sancti Georgij Maioris Venetiarum, ac sancti Iuliani de Arimino Monasteriorum, Abbatibus, necnon subdecano Ecclesiæ Florentinæ, per Apostolica scripta motu simili mandamus: quatenus ipsi, vel tres, aut duo, uel vnus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras, ac omnia, & singula in eis contenta, vbi & quando

expedierit, ac quotiescunque pro parte Generalis, Visitatorum, Abbatum, Eremitarum, Priorum, & aliarum personarum Congregationis de nouo erectæ huiusmodi fuerint super hoc requisiti, solenniter publicantes, ipsisq; Generali, Visitatoribus, Abbatibus, Eremitis, Prioribus, & personis in præmißis efficacis defensionis præsidio aßistentes, faciãt eos præsentibus litteris, & in eis contentis Priuilegijs pacificè gaudere: non permittentes eos super illis, seu alias contra præsentium litterarum tenorem, per quoscunque quomodolibet indebitè impediri, seu etiã molestari; Cõtradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

87 *Non obstantibus priori voluntate nostra prædicta, & natalium defectu, & Pictauensis Concilij, & piæ memoriæ Innocentij quarti, contra exẽptos edita, quæ incipit. Volentes: Et Martini quinti, necnon Bonifacij octaui Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & alijs Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: necnon Monasteriorũ, Prioratuum, & aliorum Regularium locorũ, etiam Sancti Michaelis, & de nouo erectæ*

Congre-

Congregationi huiusmodi vnitorum, & illorum, ac prædicti, & quorum ipsa vnita Monasteria, Prioratus, & loca extiterint ordinũ, iuramento, cõfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, Priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, quibusuis Communitatibus, vniuersitatibus, Collegijs, Ecclesijs, Monasterijs, ordinibus, & alijs locis, Capitulis, Conuentibus, & personis, etiam motu, & scientia similibus, & cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; fortioribus, efficatioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq; decretis concessis hactenus, & in posterum concedendis: quibus omnibus, etiam si pro eorum sufficienti derogatione, de illis eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et indiuidua mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret: eorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore mansuris, hac vice duntaxat eisdem motu, & scientia, ac potestate, specialiter & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque etc.

Aut si aliqui super prouisionibus sibi fa- 88

 ciendis

ciendis de Prioratibus, & vnitis, vel alijs beneficijs ecclesiasticis in illis partibus, speciales, vel generales dictæ sedis, vel legatorum eius litteras impetrarint: etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum: quas quidem litteras, ac processus habitos per easdem, & inde secuta quæcunque, ad Monasteria, Prioratus, & alia beneficia vnita huiusmodi, volumus non extendi. Sed nullũ per hoc eis, quoad assecutionem Prioratuũ, uel beneficiorum aliorum, præiudicium generari, & quibuslibet alijs Priuilegijs, Indulgentijs, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenorum existunt, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri: & de quibus quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

89 *Seu si aliquibus cõmuniter, vel diuisim ab eadem sit sede indultũ, quòd interdici, suspẽdi, uel excõicari nõ possint per litteras Apostolicas, non facientes plenã, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.*

Volu-

Volumus autem, quòd Prioratus, & alia beneficia vnita huiusmodi, debitis propterea nõ fraudẽtur obsequijs, et animarum cura in eis, si qua illis immineat, nullatenus negligatur: & in Monasterijs vnitis huiusmodi diuinus cultus, & solitus Monachorum, & ministrorum numerus, nullatenus minuatur: sed illorum & dilectorum filiorum illorum conuentuum, si conuentus habeant, & Prioratuum, ac beneficiorum vnitorum prædictorum congruè supportentur onera consueta: Et insuper ex nunc irritum decernimus, et inane, si secùs super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignorãter contigerit attemptari: Tenor vero statutorum, & ordinationum prædictorum talis est. 90

De Congregat. & vnione.

IMPRIMIS, tàm Apostolica auctoritate nobis in hac parte commissa, quàm totius Capituli nostri potestate, ordinamus, statuimus, & deliberamus, quòd Camaldulensis Eremi sit vna Congregatio, quæ loca omnia, tàm Eremitarum, quàm Obseruantium, & Conuentualium ad ipsam pertinentium complectatur, voceturque Congregatio Sacræ Eremi Camaldulensis. 91

Deinde

92 *Deinde ex hac Congregatione, & alia eiuſdem ordinis Sancti Michaelis de Murano fiat vnum corpus, & vna noua erigatur Congregatio; in qua, vniuerſa noſtræ Religionis loca Eremitarum, Obſeruantium, Conuentualium, & Monialium comprehendantur; quæ Sacræ Eremi Camaldulenſis, & Sancti Michaelis de Murano, Congregatio nuncupetur: in ea verò particularius infraſcripta principaliora loca cum inferioribus ſibi annectendis, & vniendis, hoc ordine contineri intelligantur.*

93 *Sacra Camaldulenſis Eremus Aretinenſis diocœſis dicti ordinis, cum ſuis annexis, cui perpetuo vnimus hoſpitale Sancti Fridiani de Piſis, dictum Sancti Martini, cuius quinquaginta, ac Prioratum Sancti Sauini de Chio, prope Caſtellionem Aretinenſem, cuius etiam quinquaginta, necnon Monaſterium Sancti Andreæ de Puteo, cuius viginti, ac Prioratum Scandaloni Florentinenſis diocœſis, cuius quatuordecim, & Monaſterium Inſulæ cum ſuis annexis Imolenſis, ſeu alterius diocœſis, cuius centum, ac Monaſterium de Typhi, in val de Capreſe, cuius quin-*

quaginta,

quaginta, ac Prioratum de Cortona, cuius viginti quinque, & Prioratum Angnæ Fesulanensis diocœsis, cuius decem, ac Prioratum de Pratalea Fesulanensis diocœsis, cuius sex, ac Prioratum de Planetudo, cuius septuaginta, ac Prioratum de Valiala, cuius duodecim.

Monasterium Sancti Michaelis de Murano, Torcellanensis diocœsis, cum suis annexis, cui vnimus Prioratum Sancti Martini de Opitergio, siue de Vderzo, cuius centum, & Monasterium Sanctæ Mariæ de Lemo in Istria, cuius vigintiquinque, ac Prioratum Camaldulini de Verona, cuius septuaginta. 94

Prioratum Sancti Mathiæ de Murano apud Venetias cum suis annexis, cui vnimus, Prioratum Sancti Viti de Vicentia, qui nunc in Congregatione est, si ita patribus Congregationis in futuro Capitulo videbitur, ac Prioratum montis Crucum in agro Patauino, cuius octuaginta, & Prioratum Sanctæ Mariæ de Orbigi Paduanensis diocœsis, cuius vigintiquinque, ac Prioratum Sancti Benedicti de Philetto Tarulsinensis, seu Cenetensis diocœsis, cuius vigintiquinque. 95

Ac

96 *Ac Monasterium Sanctæ Mariæ de Carceribus, cum suis manualibus & annexis.*

97 *Et Monasterium Sancti Apolinaris de Claße, cum suis manualibus et annexis.*

98 *Ac Prioratum Sancti Saluatoris de Forliui, cum suis annexis: cui vnimus Prioratum Sanctæ Mariæ de Scardauilla, cuius quinquaginta, & Prioratum Sancti Petri de Cesena, cuius septuaginta, ac Prioratum Montis Caluarij, vnà cum Prioratu Sanctæ Mariæ de Fontana, ambo de Castrocaro vniti, quorum viginti, & Prioratum de Prodano in agro Cesenati, cuius viginti.*

99 *Et Prioratum Sancti Ioannis Baptistæ de Fauentia, cum suis annexis: cui vnimus Prioratum Sancti Ioannis Baptistæ de Bagnacauallo, cuius centum, & Prioratum Sancti Ioannis Euangelistæ de Riccò, cuius quindecim, ac Prioratum Sancti Damiani de Bononia, cuius sexaginta.*

100 *Ac Monasterium Sãcti Romualdi de val de Castro, cum suis manualibus & annexis: cui vnimus Prioratum de Podiocuppo, cuius quadraginta, & Prioratum Sancti Georgij, cuius duodecim, ac Prioratum de le Parelle,*

cuius decem, ac Eremum dictam la Quadrigaria, cuius quatuor.

Et Prioratum Sanctæ Mariæ de Angelis Florentiæ, cum omnibus suis annexis: cui vnimus Prioratũ Sanctæ Agathæ de Valdechiano in monte Sancti Sauini, vna cũ Prioratu Sancti Christofori, & Sãctæ Luciæ prope montẽ Sancti Sauini illi vnito, quorũ triginta, & Prioratũ de Muchio Vulteranensis diocœsis, cuius quadraginta, & Prioratum Sancti Viriani Aretinẽsis diocœsis, cuius sexaginta. 101

Et Prioratum Sancti Benedicti extra muros Florentiæ, cũ suis annexis: cui unimus Monasterium Sanctæ Iucundæ Lucanensis diocœsis, cuius octuaginta, & Monasterium de Cintogia dictæ diocœsis, cuius quinquaginta, & Prioratum Vrticaiæ Fesulanensis diocœsis, cuius triginta, & Prioratum Sancti Cipriani Vulteranensis diocœsis, cuius vigintiquinque, ac Monasteriũ de Castigneto Pisanensis diocœsis, cuius tredecim, & Monasterium de monte Muclo Florentinensis, vel Fesulanensis diocœsis, cuius vigintiquinque, ac Monasterium de Titiano Aretinensis, vel Sarsinantensis diocœsis, cuius octuaginta. 102

103 *Ac Monasterium Sancti Felicis in Platea Florentinensis cum suis annexis: cui vnimus Monasterium montis Cornarij propè Balneum Sanctæ Mariæ, cuius octuaginta.*

104 *Et Monasterium de la Rosa Senensis diocæsis cum suis annexis: cui vnimus Eremum dictam Aluiuo, vnà cum sibi annexo Prioratu de Larco, & alijs sibi annexis Senensis diocæsis, cuius centumquinquaginta.*

105 *Ac Monasteriũ Sancti Michaelis de Aretio cum suis annexis: cui vnimus Monasteriũ Sancti Clementis Aretij, cuius octuaginta: ac Prioratum Sancti Laurentij propè Aretium, cuius vigintiquinque.*

106 *Ac Monasterium Sanctæ Mariæ de Balneo cum omnibus suis manualibus, & annexis: cui vnimus Prioratum Sancti Siluestri, qui etiam vnus de manualibus eius existit; cuius quadraginta.*

107 *Et Monasterium Sancti Seueri de Perusia cum Prioratu Sanctæ Trinitatis illi annexo, & eorum annexis: quibus vnimus Prioratum Sancti Antonij de Tuderto; cuius vigintiquinque, ac Prioratum Sancti Angeli dictum el Massaccio, cuius centum.*

Et

Et Monasterium Sancti Hyppoliti de Fauentia cum suis annexis, & manualibus: cui vnimus Ecclesiam Sancti Andreæ, & Sancti Laurentij eiusdem Monasterij manuales, cuius octuaginta, ac Prioratum dictum de Feracciano Foroliuiensis diocœsis, cuius centum, ac Prioratũ Sanctæ Mariæ Camaldulini propè Forumliuiũ, cuius triginta, ac locum Sãcti Mauri de Solarolo Fauentinensis diocœsis, cuius quinquaginta. 108

Et Monasterium de monte Christo in insula propè Sardiniam cum suis annexis: cui vnimus Monasterium Sanctæ Trinitatis in Sardinia, Ecclesiam Sancti Petri in Scano, Sancti Nicolai de Trulla, Sanctæ Mariæ, & Sanctæ Eugeniæ in Samnar, Sancti Michaelis & Laurentij in Vauaci, Sanctæ Mariæ, et Ioannis in Altasar, Sanctæ Mariæ in Contra, Sancti Ioannis & Simonis in Saluener, Sancti Pauli in Controli, Sancti Petri in Olim Eremitorum in Elba insula: locus in Capolinari, & omnia alia nostri ordinis loca, quæ in Corsica, Sardinia, Plumbino, & alijs circumiacentibus terris reperirentur, quorum insimul fructus redditus & prouentus quinquaginta 109

ducatorum auri de Camera, ſecundum communem extimationem valorem annuum non excedunt.

110 Quæ omnia ſupradicta loca ſi quouis modo vacant, alioquin per ceſſum, vel deceſſum, aut aliam quamuis dimiſſionem Abbatum, Priorum, & aliorum quorumuis ea obtinentium vnita, annexa, & incorporata perpetuo ſint; & eſſe cenſeantur, & in noua hac Eremi Congregatione noſtra, ordine quo ſupradictum eſt eſſe intelligantur.

111 Et hæc quidem principaliora decem & ſeptem loca, tanquam magis idonea, in quibus iuxta monaſticam diſciplinam Regularis vita conſtitui, & obſeruari valeat, eligimus, inſtituimus, & deputamus; quibus alia minora loca, vt particulariter ſupra expreſſum eſt, ea ratione annexuimus, vt cum Monachis ſimul pluribus alimenta ſuppeditare abundè valeant per ſocialem vitam, atque Cenobiticam inſtitutionem perfectius cuſtodiatur obſeruantiæ rigor.

112 Quoniam verò, & de Monialium noſtri ordinis locis, quibus omnia huiuſmodi de nouo erectæ Congregationis priuilegia communia

 eſſe

esse debent, ratio habenda est, cum nonnulla ex eis intollerabili, vt accepimus, paupertate premantur: statuimus, & definimus, vt Sacra Eremus, cum primum Prioratum Planetuli, iuxta præmissam dispositionem, possederit, annuam triginta florenorum pensionem, monialibus Monasterij Sācti Benedicti de Aretio persoluat.

Cum Prioratum Cortonæ, viginti florenorum monialibus Monasterij Sancti Ioannis Euangelistæ de Prato veteri. 113

Cum verò Prioratus Angelorum de Florentia, Prioratum Sancti Viriani acquisiuerit, annuam similiter triginta florenorum pensionem monialibus nostri ordinis de Boldrona persoluat. 114

Quādo iterum Monasterium Sancti Hyppoliti de Fauentia, locum Sancti Mauri de Solarolo possederit, pensionem annuam vigintiquinque florenorum monialibus Monasterijs Sanctæ Trinitatis de Fauentia persoluat. 115

Quas quidem pensiones perpetuis futuris temporibus de anno in annum præfatis monialibus persolui, & nulla ratione, neque à Capitulis nostri ordinis, neq; à præsenti, aut futuris 116

Gene-

Generalibus, aut alijs quibuslibet impediri posse statuimus.

117 *Item statuimus, & ordinamus nullum de cætero nostri ordinis beneficium, neque ex principalioribus, neque ex vnitis supra nominatis, aut vniendis, posse cuiquam, vel in ipso ordine nostro, vel extra existenti, ad vitam conferri, neque à moderno, neq; à successoribus suis Generalibus, neque ab Eremitis, neque ab Abbatibus, & Prioribus ordinis nostri, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, his qui beneficium aliquod conferre voluerit.*

118 *Et vt quòd nemo, qui Camaldulensis ordinis sit, beneficium aliquod, siue dignitatem ad vitam suscipere valeat.*

119 *Sed in superius prænominatis locis principalioribus, per cessum, vel decessum eorum, qui loca ipsa nunc tenent: Annuales, Priores, vel Abbates, aut Rectores instituantur, vitaq; Regularis & Obseruantia custodiatur: Minora verò in vacationis quandocunque euentũ maioribus, ordine supra expresso, vnita sint, vt præfertur: hoc declarato, vt in illis pari ratione nemo possit, nisi annualem administrationem habere.*

Hac

Hac tamen lege, quòd loca quæcunque sic 120
applicari contigerit, debitis sibi non fraudentur obsequijs: sed per Prælatos Monasteriorũ, vel locorum, quibus applicata fuerint, & annexa: onera consueta, & officia impleantur.

Obligenturq́; Prælati antedicti, qui perpe- 121
tui sunt, de fructibus huiusmodi annexorum, Visitatoribus, per Obseruantes & Eremitas, deputatis reddere rationem.

De quibus quidem fructibus, ac prouenti- 122
bus, illud disponi debeat, quòd per diffinitores Capituli obseruantium fuerit ordinatum.

Ex nunc, sedis Apostolicæ beneplacito præ- 123
misso, decernentes, vt quicquid super collatione beneficiorum, & locorum ordinis nostri, aliter à quocunque fuerit attemptatum, siue scienter, siue per ignorantiam, nullius roboris, vel momenti esse censeatur.

Item statuimus, & ordinamus, quòd Præ- 124
lati ordinis nostri perpetui, siue in hac Congregatione, siue extra ipsam fuerint, titulo regimini, & administrationi locorum, quæ tenent ad hoc, vt dictæ Congregationi vniantur, & effectualiter aggregentur, in manibus Generalis, & Capituli Eremitarũ cedere valeant,

& hi

& hi poteſtatem habeant admittendi ceſſionem, ac loca ipſa Congregationi, effectu ipſo, adiungendo.

125 Et nihilominus Generalis ipſe, & Eremitarum Capitulum, qui ſic viuentes cedere voluerint, in eorundem locorum Abbates, aut Priores, ſecũdum loci qualitatem, per annum præficere poſsint; qui quidem annus toto tempore vitæ eius, qui ſic præfectus fuerit, durare intelligatur.

126 Quod & in alijs pariter obſeruari decernimus, qui beneficia aliqua, vel loca ordinis noſtri, qui nunc in commẽda ſunt, in titulum habere procurauerit, ſcilicet titulo, atque administrationi locorum, quæ ſic habuerint in fauorem Congregationis in prædictorum manibus cedentes per eoſdem in Priores, aut Abbates eorundem locorum per annum præfici poſsint, qui annus, donec vita illi ſupererit, nõ finiatur.

127 Nullum autem alium noſtri ordinis quoquo modo ad aliquod beneficium, aut dignitatem ad vitam, aut ad annum tota vita duraturum præfici poſſe volumus.

128 Item ſtatuimus, & ordinamus, vt Monaſteria, & beneficia, ac loca, omnia & ſingula

nostri ordinis Camaldulensis, quæ modo extra hanc Congregationem, siue in ordine sint, siue extra ordinem, per quoscunq; cuiuscunque dignitatis fuerint in titulum, vel commendam obtenta, cùm primum per cessum, vel decessum illa obtinentium vacauerint, aut illorum commendæ cessauerint, ad ordinem nostrum effectualiter reuertantur, & Congregationi de nouo erectæ huiusmodi pleno iure, & cum effectu aggregentur.

RVBRICA

De Generali Ordinis, & de Priore Eremi, ac eorum lectione.

LOCORVM *autem omnium, qui nunc in nostro ordine sunt, aut in futurum erunt, siue in hac Congregatione in præsentiarum sunt, siue illi in posterum aggregabuntur, siue etiam extra Congregationem sint, totius scilicet Camaldulensis Religionis, caput Generalis censeatur de anno in annum, prout inferius dicetur eligendus.* 129

130 *Eremi autem Prior propter loci illius dignitatem, post Generalem, supra omnes alios ordinis nostri Abbates, & Priores, semper locum habeat.*

131 *Modus autem nominandi, ac eligendi ordinis nostri Generalem talis sit. Vt eligatur, & deputetur solum de numero obseruantium, seu Cenobitarum, siue Eremitarum, & non Conuentualium, fiatq; eius electio de anno in annum in Capitulo obseruantium, secundum eundem modum, & formam, quæ seruari consueuit in electione Vicarij dictæ Congregationis sancti Michaelis de Murano.*

132 *Ipseq; Generalis sic electus possit, vbi opus fuerit ordinem vniuersum visitare, & annuas collectas habere debeat à locis, quæ illas exsoluere tenentur, & consueuerunt.*

133 *Sacræ autem Eremi Prior per cessum, vel decessum Venerabilis Religiosi Petri Delfini, inpræsentiarum Prioris, & Generalis nominetur, et eligatur, dumtaxat de numero obseruãtium Cenobitarum, aut Eremitarum, sitq; non perpetuus, aut ad vitam, sed temporalis, & eius electio fiat secundum modum, & formam qua eliguntur, aut eligentur cæteri omnes*

nes Abbates, & Priores locorum, qui nunc in dicta Congregatione de Murano sunt, aut in futurum erunt.

Ipseq; Sacræ Eremi Prior pro tempore sui 134 officij in Eremo commoretur, vitamq; totaliter ducat Eremiticam, non secus, ac cæteri omnes Eremitæ, quos non minus exemplo, quam doctrina instruere debet. Hoc enim in Regula beati Benedicti, Prioris officium esse legimus.

Quoniam verò in obitu, aut cessione eiusdem Petri Delfini, moderni Prioris Eremi, 135 & ordinis Generalis, non statim coadunari Capitulum poterit, ordinamus, & diffinimus, vt eo cedente, vel decedente, vsque ad immediate post futurum Capitulum, ille qui pro tempore Cõgregationis sancti Michaelis Vicarius esse reperietur, suppleat vices Generalis.

Prior autem Eremi, pro illa dumtaxat vi- 136 ce, à Capitulo Eremi statim eligatur, duraturus vsque ad proximum futurum Capitulum obseruantium, in quo postea de anno in annum eligetur, vt præfertur.

Item ordinamus, ac diffinimus, vt qui post 137 cessum, aut decessum moderni Generalis, pro

tempore Generalis eligetur, debeat sibi eligere, & deputare Vicarios pro meliori totius ordinis regimine & gubernatione; vnum quidem super omnes Conuentuales vniuersalem Vicarium, qui super obseruātes Cenobitas, & Eremitas, & super moniales nullum ius habere posit: eligaturq; de anno in annum ab ipso ordinis Generali, cum consensu Eremitarum, et cum consilio aliquorum ordinis nostri Prælatorum, de numero solum Conuentualium Prælatorum.

138 *Qui & vsque ad triennium confirmari, & infra annum reuocari ad nutum Generalis, et Capituli Eremitarum posit.*

139 *Cui secundum quod eisdem Generali, & Capitulo Eremitarum visum fuerit de competenti salario prouideatur, vt munus suum implere commodè valeat.*

140 *Pro regimine autem obseruantium Cenobitarum, & Eremitarum, ac monialium, vnū aut plures Vicarios vniuersales, aut particulares, quando & quotiens oportunum censebit, ipse solus Generalis eligere, & confirmare, ac reuocare posit.*

141 *Neminem tamen, nisi de numero Prælatorum*

torum obseruantium nostri ordinis poßit in Vicarium supra obseruãtes, aut moniales eligere.

Pro meliori autẽ huius Congregationis, & totius ordinis regimine, confirmatione, & augmento, volumus in Religione nostra duo Capitula celebrari, vnũ quidem de anno in annum. 142

In quo solum conueniant obseruantes Cenobitæ, & Eremitæ, ita vt Prior Eremi sicuti alij obseruantium Prælati, cum vno socio ad eum accedat. 143

In quo per nouem diffinitores, quorum maior pars de numero Prælatorum sit, eo modo deputandi, & eligendi, quo in Capitulis Congregationis Casinensis, aliàs Sanctæ Iustinæ eliguntur. 144

Prior Eremi, & cæteri omnes obseruantium locorum Abbates, & Priores, & totius insuper ordinis Generalis eligantur, & cætera omnia tractentur, & diffiniantur, quæ ad regimen, tàm spirituale, quàm temporale obseruantium, tàm Cenobitarum, quàm Eremitarum, atque monialium pertinere videbitur. 145

Alterum verò Capitulum quamdiu in nostro ordine conuentuales eße contigerit: Generale totius Religionis fieri volumus, quando 146

quotiens

quotiens & vbi Generali ordinis: & Capitulo Eremitarum visum fuerit, in quo conueniant omnes, qui Generalibus nostri ordinis Capitulis vocem habere consueuerunt.

147 *Et per sex diffinitores, quorũ duo sint Eremitæ, siue Sacerdotes, siue non, à Capitulo Eremi eligendi, duo de numero obseruantium, & duo de numero conuentualium, ab omnibus vocem in eodem Capitulo habentibus deputandi.*

148 *Vna cum Præsidente, qui semper sit ordinis Generalis, aut loco eius Eremi Prior.*

149 *Ea tractentur, & definiantur, quæ ad totius ordinis reformationem incrementum, atque vtilitatem oportuna existimabuntur.*

150 *Illud quoq; sedis Apostolicæ confirmatione obtenta diffinimus, vt quotiens nostri ordinis qualecumque Capitulum celebrabitur, possint eiusdem Capituli Diffinitores eligere vnum nostri ordinis professum idoneum, & fidelem, loco notarij, qui eiusdem Capituli acta scribere, ac in debitas, & oportunas formas redigere valeat, cuius quidem scriptis, tàm in Romana curia, quàm alibi in iudicio, & extra, plena fides adhibeatur, ac si per publicum, & authenticum notarium scripta, & stipulata essent.*

RV-

RVBRICA
De conuersatione, & moribus nostri Ordinis Monachorum.

ITEM statuimus, & ordinamus, 151
ut nullus de numero obseruantium Monachorum, Conuersorum, aut Eremitarum, possit ad vitam conuentualem transire.

Sub inobedientiæ pœna, qua ligentur non so- 152
lum transeuntes, sed etiam recipientes, qui etiã beneficiorum suorum priuationis pœnam incurrant. Conuentuales vero ad arctiorem vitam obseruantiæ transire posse, volumus. Quinimò eorum singulos pro animarum suarum salute, Religionisq; nostræ reformatione hortamur, atque admonemus hoc facere.

Volumusq;, vt conuentualibus sic ad me- 153
liorem conuersationem transire volentibus, locus in obseruantia denegari sub eadem pœna non possit, nisi post tertiam probationem, vt in beati Benedicti Regula scriptum est.

Sed per obseruantium Monasteria, secun- 154
dum beneplacitum Visitatorum, & Diffinitorum obseruantium deputentur.

Item

155 *Item, vt obseruantium potiusquam conuentualium, in nostro ordine numerus augeatur, & omnes ad nostrā Religionem accedere volentes, in loco obseruantiæ habitum Religionis suscipiant, & professionem emittant, innouamus antiquam nostri ordinis Constitutionem; vt nullus cōuentualium Prælatorum, qui perpetui sunt possit alicui habitum nostræ Religionis exhibere, & contrafaciens pœnam priuationis beneficiorum suorum eoipso incurrat.*

156 *Item diffinimus, & mandamus, vt omnes tàm Prælati, quàm Monachi de obseruantia, exceptis Eremitis, quorum vita arctior, & locus austerior est, debeāt in victu, vestitu, tonsura, Diuini officij, & Missarum celebratione, & alijs omnibus moribus, & cerimonijs, tàm extra, quàm intra monasterium, eundem modum, & norman, sine vlla penitus diuersitate habere, & obseruare.*

157 *Item omnes, & singulas licentias nostri ordinis Monachis, aut Conuersis concessas, extra claustrum, & extra ordinem commorandi reuocamus.*

158 *Et eisdem cum licentia, aut sine, extra ordinem commorantibus, sub pœna grauissimæ*

culpæ

culpæ mandamus, vt infra terminum trium mensium à præcepto sibi facto, debeãt se coram Generali, aut Vicario, aut Visitatoribus præsentare; qui eisdem de congrua mansione in ordine nostro prouidere debeant.

Teneanturq́ perpetui Prælati, Monachos, 159
seu Cõuersos, huiusmodi ad eos per Generalem Vicarium, aut Visitatores directos benignè recipere, & humaniter tractare, nisi legitimam habuerint excusationem.

Item in virtute sanctæ obedientiæ manda- 160
mus, vt nullus omnino nostri ordinis, sine omnium diffinitorum Capituli, & sedis Apostolicæ licentia, litteras familiaritatis, alicuius Cardinalis, seu Prælati impetrare possit.

Ac litteris desuper per eos hactenus impetra 161
tis sub pœna priuationis beneficiorum suorum, & inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda renunciare habeant.

Neque extra loca Religionis, seu in alia- 162
rum Religionum, aut secularium locis permanere præsumant, neque possint beneficia, Ecclesias, aut loca alia ad regimẽ, aut ad affictum, aut alio modo sine eadem licentia, & sub eadem pœna suscipere.

163 *Neque etiam poßint super his Generalis, aut Capitulum Eremi, neque alius, quoquo modo dispensare.*

164 *Item diffinimus, & statuimus, vt omnes nostri ordinis beneficia obtinentes, in dicto beneficio, aut per se, aut per alium, qui nostri ordinis sit resideat, & debito modo, Deo altissimo deseruiat, aut deseruire faciat.*

165 *Et quicũq; sine expressa omnium Diffinitorum licentia, hãc institutionem nõ seruauerit, beneficio suo de facto priuatus intelligatur.*

166 *Et loco cui secundum superiorem dispositionẽ, vniri debet, pro vnito, & annexo habeatur.*

167 *Item diffinimus, & mãdamus sub eadem pœna, vt singula dicti ordinis beneficia, quibus cura imminet animarum, quorum singulorũ fructus, & prouẽtus ad summam viginti quinque florenorum auri ascendant, obtinentes continuè die, noctuq; ante sacratissimum Christi corpus, accensam lampadem tenere debeant.*

168 *Statuimus insuper, ac diffinimus, vt tàm Eremitæ, quàm Cenobitæ, qui nunc in obseruantia sunt, aut in futurum erũt, infra terminum quinq; proximè futurorũ annorum, debeant omnem curam animarum, à locis eorũ,*

tàm principalioribus, quàm annexis, amouere, aut illis omnino cedendo, aut illas per secu-lares presbyteros exercendo.

Quo termino trãsacto, illos, quibus hoc onus incumbit, si ordinationem hanc non impleuerint, grauissimam inobedientiæ culpam incurrisse censeantur, ac locum à quo cura animarum amota non fuerit, debere, & posse secundùm Generalis, & Capituli Eremi dispositionem, ab eo, cui vnitum erat separari, & alio vniri volumus. 169

Ac sub dictæ sedis beneplacito volumus, vt plebs, & populi, quorum curam, loca nostri ordinis habere consueuerant, secundum dispositionem eorũdem locorum Prælatorum, contenta sint, à sæcularibus Presbyteris curari, ac gubernari. 170

Item quoniam multi nostri ordinis probatissimi viri, proximè præteritis annis uita functi sunt, nosterq; propterea ordo, aliquo indigere auxilio videatur, sub sedis Apostolicæ beneplacito, volumus, vt per decem annos proximè, futuros, possint quolibet anno, quinque alterius cuiuscunq; Religionis, etiam mendicantium, atq; cartusiensium, quos Capituli nostri Dif- 171

 finito-

finitores elegerint habitum nostræ Religionis, in quibuscunque obseruantiæ locis recipere.

172 *His verò sic ad nostrum ordinem accedentibus, & Camaldulensium Religionem profitentibus, cupimus de Apostolicæ benignitatis largitate merita laborum Religionis duplicari plenariam omnium peccatorum indulgētiam concedi, illas insuper easdem indulgentias, eadem benignitate consequi optamus, quas si sancta Ierusalem loca beatorum Apostolorum in vrbe Limina, & sancti Iacobi in Galitia Ecclesiam visitando consequerentur.*

173 *Item statuimus, & diffinimus, vt singula nostri ordinis loca, vbi Cenobitica obseruantia custoditur, cuius fructus summam sexcētorum florenorum transcendant, debeant præceptores conducere, ac tenere, qui iuniores Monachos linguas, & doctrinas, & maximè sanctarum scripturarum disciplinam doceant, si ea loca studentibus acta, & idonea à Diffinitoribus iudicabuntur.*

174 *Quæ autem non id fecerint, secundum eorundem Diffinitorum arbitrium illis, qui fecerint, aliquid persoluere teneantur, & grauissimè insuper ab eisdem puniantur.*

Item

Item statuimus, & ordinamus, quod nullæ mulieres Monasteria, tàm virorum, quàm monialiũ dicti ordinis, sub pœna excommunicationis ingredi possint, sine expressa Generalis dicti ordinis licentia. 175

Item statuimus, & diffinimus, quod à præsenti anno incipiendo semel ad minus in anno, omnia nostri ordinis monialium Monasteria, per Visitatores obseruantium visitentur à nullo vero alio, nisi à Generali possint visitari sine omnium Diffinitorum licentia. 176

Teneantur vero obseruantium Diffinitores, & Visitatores eadem Monasteria regere, & gubernare, & inter cætera nullam monialem in eis permittere, vt proprij quicquam habeat. 177

RVBRICA

De regimine Eremi, & Eremitarum, tàm apertorum, quàm reclusorum conuersatione, & moribus.

178 *VT Eremiticæ vitæ rigor, per Cenobitarum societatem non imminuatur, statuimus & diffinimus, vt ordinis Generalis, aut Prior Eremi non possit, neque propria, neque alicuius Capituli auctoritate, antiquas Eremi Constitutiones, secundum consuetudines, quæ in præsentiarum obseruantur moderatas relaxare, aut per laxiorem viuendi modum immutare, sine totius Capituli Eremi consensu, et qui tam laudabilem vitam, vllo modo immutare attentauerint, Dei, & sancti Patris nostri Romualdi indignationem timeant.*

179 *Capitulum autem Eremi, & in præsentiarum, & futuris temporibus esse, & intelligi volumus, ipse Eremi Prior, & omnes, qui post professionem suam, in ordine nostro per sex continuos menses, in ipsa Eremo vitam duxerint Eremiticam, & à reliquis Eremitis digni eo-*

rum

rum consortio fuerint iudicati, siue fuerint in sacerdotio constituti, siue non.

Item diffinimus, & statuimus, vt post obitum, vel cessionem Moderni Prioris Generalis, omnes, tàm in spiritualibus, quàm temporalibus ministri, officiales, camerari, dispensatores, in Eremo, Fonte bono, alijsq; locis Eremo annexis, atque subiectis singulis annis, pro die sancti Romualdi, de nouo eligantur, aut confirmentur, per Eremi Priorem, non tamen sine expresso consensu Capituli ipsius Eremi. 180

Electiones autem quæcunque, quæ sine huiusmodi consensu fierent, nullæ esse intelligantur, et cum grauissimo onere cõscientiæ illius, qui sine tali consensu eligere attemptauerit. 181

Viuente autẽ, & non cedẽte præfato Petro, qui nunc Eremi Prior, & Generalis est, volumus, vt prædicti omnes, tàm in spiritualibus, quàm in tẽporalibus Ministri, & Officiales in Eremo, Fõte bono Camal. Florent. alijsq; locis, quibuscũq; Eremo annexis, et subiectis eligantur, ab ipso Petro Priori, & Generali, cũ consilio tamẽ Eremitarũ, aliter autẽ nequaquam. 182

Item ordinamus, & diffinimus, vt eos, qui aut in præsentiarum, aut in futurum non 183

bonæ

bonæ conuersationis, & famæ, in Fonte bono Camalduli Florentin. alijsq; omnibus locis Eremo annexis, & subiectis à duabus partibus ex tribus Capituli ipsius Eremi existimabuntur, & tales esse declarabuntur, statim ab illis locis remoueantur, prout in dies per Eremitas nominabuntur.

184 *Ad quod si opus fuerit liceat etiam brachij secularis auxilium implorare.*

185 *Item statuimus, & diffinimus, vt post obitum, aut cessionem moderni Prioris Eremi, & Generalis, Capitulum dicti Eremi in temporali, & in spirituali regimine Eremi, Fontis boni, & aliorum locorum Eremo annexorum, & subiectorum, eandem auctoritatē habeant, quam nostri ordinis Capitulorum quorumcunque Diffinitores habent, aut habituri sunt.*

186 *Et quicquid per Eremi Capitulum in Eremo, & locis prædictis, circa modum viuendi, induendi, fabricandi, diuinum officium ordinandi, & circa morum, & cerimoniarum obseruationes terminatum fuerit, maiorem etiā roborem habeat, quam si fuisset per Diffinitores cuiuscunque Capituli constitutum.*

187 *Item volumus, vt sicut clausis Eremitis,*

ita

ita apertis etiam, tàm Monachis, quàm Conuersis, & Sacerdotibus, si ita Capitulo Eremi visum fuerit, liceat barbā deferre, ita tamen vt Sacerdotes eas, circa os tondere teneantur.

Item decernimus, ac statuimus, vt post obitum, uel ceßionem huius, qui nunc Eremi Prior, & Generalis est, nemo in Eremo, neque Prior, neque Maior, neque Sacrista, neque alius Eremita, Monachus, aut Cōuersus, dum effectualiter in Eremo commoratur, poßit sub aliquo colore habere, seu tenere, mutuo dare, aut recipere, aliquam pecuniæ etiam minimam quantitatem. 188

Nisi fortè camerarij Fontis boni coadiutor, socius, aut minister sit. 189

Sed tam elemosinæ, quæ pro dicendis Missis Eremo offeruntur, quam singula alia Prioratus Eremi temporalia bona, per Fontis boni camerarium, eiusq; coadiutorem, & ministros tractentur, atque administrentur. 190

Et hæc quidem constitutio, tamdiu variari non poßit, quamdiu omnibus Capituli Eremi vocibus aliter visum non fuerit. 191

Item diffinimus, ac statuimus, vt per Eremi Priorē, vna cū Eremitis, et in præsētiarū, 192

& in futuris temporibus, ſuper adminiſtrationem bonorum temporalium Eremi, duo noſtri ordinis deputentur, vnus camerarius, qui in Fonte bono commoretur, alius autem ipſius camerarij coadiutor, qui ex his etiam eſſe poſsit, qui in Eremo commorantur.

193 *Qui ſexties in anno, ſemel ſcilicet quibuſlibet duobus menſibus, exactam ſuarum adminiſtrationum rationem reddere teneatur illis, ſiue ſeculares, ſiue religioſi, aut vnus, aut plures ſint, quos Prior Eremi, & Eremitæ ad hoc elegerint.*

194 *Miniſtros verò, & vnum, & plures, & laicos, & religioſos, habere iſti poſsint, neminem tamen ſine Capituli Eremi conſenſu.*

195 *Item ſtatuimus, & ſancimus, quòd per Eremitas deputentur, aut ab eadem ſede deputari impetrentur, vnus, aut plures, qui rationes eorum, qui bona Eremi adminiſtrauerunt, videant, & pleniſsima ſedis Apoſtolicæ auctoritate, cũ brachij ſecularis auxilij imploratione, poteſtatem habeat cogendi eos, ad reddendam rationem adminiſtrationum ſuarum, & ad reſtituendum quicquid per eos reſtituendum fore iudicauerint.*

Poſ-

Poßintq́; etiam eadem auctoritate, omnes, qui bona Eremi minus legitimè poßident, ad ea restituendum cogere. 196

Ac cum eis de fructibus eorundem bonorũ, & de summa pro illis exposita, prout iuris fuerit componere. 197

Item antiquiorem constitutionem confirmantes, ordinamus, vt quam citius fieri poterit, Eremus circumquaque eo modo, quo Eremitis oportunum videbitur, claudatur, vnum solum aditum, & ingressum, aut duos ad summum dimittendo. 198

Vbi abundanter pauperibus, & peregrinis elemosinæ elargiantur. 199

Item pro maiori fratrum Eremitarum quiete volumus, & diffinimus, vt Prior Eremi, qui post obitũ, aut ceßionẽ eius, qui in præsentiarum Prior est, in Eremo habitauerit. Pro hospitibus qui ad Eremum accesserint, mansionem, seu cellulam construere faciat, sic à cellulis Eremitarum diuisam, vt Eremitæ quantum minus fieri poßit, ab hospitibus molestentur. 200

Quæ tamen loco, & forma, qua Capitulo Eremitarum visum fuerit, construatur. 201

202 *Item ordinamus, & diffinimus, vt quicunque, aut deuotionis gratia, aut alia quacunque de causa ad Eremum accesserint, siue seculales viri, siue Religiosi fuerint, neque in choro, neque in cellulis, neque alibi, nisi in prima Ecclesiæ parte, & in loco hospitibus deputato, sine Prioris licentia non admittantur.*

203 *Item statuimus, & ordinamus, vt Eremitæ Monachi, ac Conuersi, ipseq; Eremi Prior, quotiens legitima causa, intentione redeũdi, de Eremo exierint, teneatur etiam tempore, quo extra Eremum permanserint, in ieiunijs, & abstinentijs, eandem formam seruare, quæ in Eremo custoditur, exceptis nonnunquam recreationis, aut non bonæ valitudinis, aut itineris defatigatione, aut alterius laboris causis, in quibus extra Eremum commorãtes, cum Prioris licentia, non teneantur hoc custodire.*

204 *Item volumus, quod Eremitæ, clausuram Eremi exire non valeant, diebus, & horis quibus seruatur silentium, sine Prioris Eremi licentia.*

205 *Nec liceat alicui Eremitarum, aut Monachorum, vel Conuersorũ, vltra sex, aut septem miliaria, procul ab Eremo recedere.*

Aut extra Eremum, vel etiam Fontis boni 206
hoſpitium permanere, ſine eadem lioentia.

Item volumus, et diffinimus, vt nullus om 207
nino Monachus, vel Conuerſus, qui in Eremo commoretur, poſsit vltra hoſpitium Fontis boni, aut æquiualentem diſtantiam, ab Eremo ſolus recedere. Sed pro quacunque etiam adminiſtratione, & neceſsitate, vltra eam diſtantiã, bini ire debeant, neq; poſsit ſuper hoc, vllo iure, niſi per omnes Capituli voces diſpenſari.

Item ordinamus, & diffinimus, vt quotiẽs 208
aliquis, ſeu laicus, ſeu religioſus, aut noſtri, aut alterius ordinis fieri Eremita, ſiue per ſe, ſiue per nuntium, aut litteras petierit, neque Eremi Prior, neque aliquis Eremitarum, ſub magna propriè conſcientiæ aggrauatione, audeat ſuo ſenſu illi determinatæ reſpondere, ſed ad Capitulũ Eremi omnia referãtur huiuſmodi.

Sine cuius Capituli licentia, ſub eadem pœ- 209
na, nemo ad Eremiticam vitam admittatur, aut ab ea expellatur.

Item ordinamus, vt nullus Monachus, aut 210
Cõuerſus, ex Eremitarũ numero poſsit, neq; à Generali ordinis, neq; à Priore Eremi, neq; à quibuſcũq; noſtri ordinis Cap. Diffinitoribus,

aut Visitatoribus, inuitus de Eremo extrahi, aut inde amoueri, aut ad aliquem eiusdem ordinis locum transferri, nisi cum consilio pariter, & assensu Capituli ipsius Eremi, sed inuiolabiliter obseruetur Martini Papæ V. priuilegium, hoc idem statuens.

211 *Item volumus, vt fratres ex mendicantibus ordinibus, ad vitã Eremiticam, in nostro ordine transeuntes, non obstante iuris contraria dispositione, possint vocem in Capitulo, officia, et prælaturas in Eremo habere; non autem alibi, in nostro ordine, hoc eis permittatur.*

212 *Item ordinamus, quod nullus, neque clausus, neque apertus Eremita, per aliquem nostri ordinis Prælatum, aut Capitulum possit, ad sacros aliquos ordines, aut Prælaturas, in Eremo, vel alibi, aut visitationis munus suscipiendum, astringi.*

213 *Nulloq; conscientiæ onere prægrauetur Eremita, qui ad huiusmodi vocatus, accedere, aut assentire recusauerit.*

RECLVSIO.

214 *Item volumus, quòd Monachus, aut Conuersus Eremita, qui trigesimum quintum suæ æta-*

ætatis annum perfecit, & per vnum ad minus annum, post professionem nostri ordinis, in Eremo permanserit, possit de licentia Capituli ipsius Eremi duntaxat, sine alicuius alterius licentia, in cellula sua se claudere, & ibi reclusorum more viuere.

Vt autem reclusi Eremitæ attentius, solo Deo vacare possint, volumus vt reclusi Eremitæ omnes, liberi, & immunes sint ab omni onere conscientiæ, circa regimen, & administrationem rerum, tàm spiritualium, quàm temporalium ipsius Eremi, & locorum Eremo annexorum, & subiectorum. 215

Et si eisdem, sic expedire sibi videbitur, possint etiam, sine conscientiæ scrupulo, voci suæ, quam in Capitulo habere posset, aut in aliquibus, aut in omnibus renunciare. 216

Item totius huius Capituli auctoritate, clausis, siue Monachis, siue Conuersis Eremitis, non valentibus Missas celebrare, concedimus, vt possint plures simul in cellulis, nihilominus separatis habitare, & ab aliquo similiter clauso cum illis habitante Missas audire, aut si etiam multum distantes habitauerint, ad alium clausum, aut ad Ecclesiam ad audiendas 217

Missas

Miſſas accedere, & ſtatim cum ſilentio ad Cellam ſuam redire, quod ſi alterius clauſi huiuſmodi commoditas defuerit, volumus, vt ex apertorum numero aliquis ad recluſum, qui celebrare non poteſt, accedere quotidie teneatur, & in cellula eiuſdem Miſſam celebrare, & Sacratiſsimum Chriſti corpus, eidem recluſo, quotiens voluerit miniſtrare.

218 *Item volumus, vt clauſi Eremitæ, prout quiſq; magis ſibi cõgruere exiſtimabit, cũ Capituli Eremitarum licentia, poſsint aliquid eorum, ad quæ pro recluſione tenentur, ſiue circa Pſalmodiam, ſiue circa pedum nuditatem, & alia huiuſmodi, in aliquod aliud, aut æquiualens, aut maius permutare.*

219 *Inſuper ne feruor ſpiritus, qui in aliquibus diuina gratia eſſe ſolet, aliquorum tepiditatem extinguatur, volumus, vt recluſus quiſq; poſsit vitæ obſeruantiam arctiorem, atq; auſteriorem, in quibus ſibi viſum fuerit cuſtodire, licentia à Priore quæſita, licet non obtenta, relaxare autem, abſque neceſsitate, & expreſſa Superioris licentia non poſsit.*

220 *Quòd & de cæteris omnibus apertis Monachis, & Conuerſis, intelligi volumus, qui quatuor*

tuor annos post professionem nostri ordinis, in Eremo vixerint.

Item antiquam constitutionem confirmantes, & de nouo statuentes, ordinamus, quod non obstante aliqua contrarij iuris dispositione peculium Monachorum, & Conuersorum nostri ordinis, qui extra claustrum, atque extra ordinem ipsum obierint, Sacratissimæ Eremo applicetur, & eius esse censeatur. 221

Insuper quoniam tàm totius ordinis nostri, quàm Eremitarum constitutiones antiquiores, multa continere existimantur, quæ propter temporum mutationem, secundum præsentem viuendi consuetudinem, minus obseruari posse videntur, plurimaque in eis, aut confusa, aut minus cohærentia, inuicemq; contraria sunt. Propterea virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, vt illi quibus per Capitulum Eremi, hoc onus iniunctum fuerit, debeant infra triennium, & totius ordinis, & ipsius Eremi constitutiones, prout Spiritussancti gratia illis concesserit, corrigere, emendare, reformare, superflua, aut inutilia resecando, inordinata ad ordinem redigendo, contraria moderando, & omnia in meliorem formam, & ordinem sub 222

certis titulis in breuitate redigendo.

223 *Quæ habeant, ad Generale nostri ordinis proximè futurum Capitulum appresentari, à quo cum fuerint confirmata, ab omnibus nostri ordinis inuiolabiliter obseruari, ac approbari debeant.*

224 *Item statuimus, ac diffinimus, quod omnia huius Capituli decreta, ac statuta, inuiolabiliter ab omnibus nostri ordinis, in virtute sanctæ obedientiæ custodiantur.*

225 *Neque possint infringi, aut immutari, aut his aliquid contrarium determinari, nisi per dispositionem trium Generalium se continuè subsequentium Capitulorum, quæ conformiter contrarium determinarent, aliter firma, & illibata permaneant.*

226 *Quicquid autem per Capitulum Eremi, circa ea, quæ ad Eremum, et loca illi annexa, atque subiecta pertinere videntur, in futurum determinatum, ac diffinitum fuerit, nullo modo possit immutari, aut infringi, uel directè, vel indirectè impediri, sub magna propriè conscientiæ aggrauatione, neque eas ualeat ordinis Generalis, aut Eremi Prior, neque alij nostri ordinis Diffinitores, sine Capituli totius*

Eremi consensu derogare.

Postremo statuimus, ac diffinimus, vt in omnibus principalioribus huius Congregationis locis, in quibus viget, aut imposterum vigebit obseruãtia, teneantur omnes fratres orare, pro Summi Pontificis, & sedis Apostolicæ felicitate, & diebus ferialibus eos Psalmos, & Orationes dicere, quæ antiquissima institutione, in Eremo dicuntur, eo modo, quo ibi dici consueuerunt. 227

Omnes propterea nostri ordinis viros, & mulieres hortamur, & admonemus, vt specialiter. Pro LEONE X. PONTI. MAXIMO. Magnificoque Fratre eius IVLIANO. Nostri ordinis Protectoribus, & benefactoribus præcipuis, continuas ad Deum præces, fundere non obmittant. 228

Cæterum, quia difficile foret præsentes litteras ad singula, & quæcunque oportuna loca deferri; motu, & scientia, prædictis volumus, & Apostolica auctoritate præfata decernimus, quod transumptis super prædictis conficiendis, aut impressis, aut manu scriptis, & manu publici Notarij subscriptis, & sigilli alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica consti- 229

tutæ impressione munitis, ea prorsus fides adhibeatur indubia, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, vbicunque essent exhibitæ, vel ostensa.

230 *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, supplectionis, sanctionis, exemptionis, liberationis, susceptionis, aßignationis, remissionis, statuti, ordinationis, concessionis, indulti, mandati, derogationis, voluntatis, & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.*

231 *Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo tertiodecimo, quarto nonas Iulij, Pontificatus nostri, Anno Primo.*

Dida-

Didacus D. de Comitibus.

CCCC

Aug. P.Millinus.

W de Euckriuoirt.

pp. planca. f. Bregeon.

G. Beltrandi.

A. de pace. F.Gauderi.

G.Gratianis.

E. Bal. CCCC. bus Reſidum gratis, pro pauperrima Congregatione, de conſenſu omnium. Baena cheminartis.

A tergo.

Reg. CAMERA Apoſtolica.

Amerinus.



DILECTIS FILIIS Vicario, & Visitatoribus Congregationis Camaldulensis.

LEO PAPA X.

DILECTI *Filij, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Cùm nuper ex Eremo Camaldulensis ordinis, Aretinensis diocœsis, & Congregationis sancti Michaelis de Murano; vnam Congregationem Eremi, & sancti Michaelis huiusmodi constituerimus, & ordinauerimus: quod post cessum, vel decessum moderni Generalis, vnus Generalis temporalis per Capitulum Congregationis nouiter erectæ perpetuo eligatur, ac omnia, & singula Priuilegia, & indulta, tam per Romanos Pontifices prædecessores nostros, quàm Imperatores, & Reges Romanos,*

manos, & alios ſeculares Principes, Eremo, & Congregationi de Murano, & alijs dicti ordinis Monaſterijs, & locis cõceſsis, approbauerimus, & confirmauerimus, prout in noſtris litteris deſuper confectis, plenius continetur. Nos cupientes, vt Eremitæ, & perſonæ Congregationis ſancti Michaelis huiuſmodi, etiam antequam ad electionem Generalis temporalis huiuſmodi procedatur, fructum deſideratum huiuſmodi nouæ Congregationis canonicè conſequantur, prouidere volentes.

1 *Vobis Vicario, & Viſitatoribus dictæ Congregationis ſancti Michaelis, pro tempore exiſtentibus, Priorem clauſtralem. Maiorem Eremi nuncupatum eligere, ſeu deputare, ad effectum*

2 *Vt ipſe vnà cum alio Eremita, per Conuentum Eremitarum eligendus, ad Capitulum generale Congregationis ſancti Michaelis huiuſmodi accedat, & in eo, prout aliæ perſonæ dictæ Congregationis, vocem habeat.*

3 *Et pro proſpero, & felici ſtatu, vniones, annexiones, & incorporationes nonnullorum*

Mona-

Monasteriorum, alijs Monasterijs dictæ Congregationis, alias Apostolica auctoritate factas, dicta Apostolica auctoritate dissoluere. Ita quod illa de cætero æquè principalia, vt Monasteria ipsa, quibus vnita erant, existant, ac in pristinum, & eum statum, in quo ante vniones prædictas erãt, reintegrentur. Ita tamen quod perpetuò eiusdem Congregationis sint, & esse, ac iuxta ritus & mores aliorum Monasteriorum dictæ Congregationis, per Abbates, vel Priores annuales regi debeant: statuere, & ordinare, libere & licite valeatis, præfata Apostolica auctoritate, & ex certa nostra scientia, licentiam & facultatem concedimus.

Ac volumus, quod quoad omnia omnibus priuilegijs dictæ Congregationis de nouo erectæ concessis, in omnibus, ex nunc gaudere possitis: quibus gaudere poterunt, cùm Ordo ipse, per Generalem temporalem regetur, iuxta ipsius nouæ Congregationis institutionem. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam nostra, de vnionibus committendis ad par- 4

tes. Cui hac vice duntaxat, specialiter, & expresse derogamus. Cæterisque contrarijs quibuscunque.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris. Die Quinta Nouembris. M. D. XIII.

Pontificatus nostri. Anno Primo.

P. BEMBVS.

DILE-

DILECTIS FILIIS Vicario, & Visitatoribus Congregationis Eremi,

ET SANCTI MICHAELIS de Murano, Camaldulensis Ordinis.

LEO PAPA X.

DILECTI Filij, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecistis, quod aliàs, postquam vobis per alias nostras litteras concesseramus, vt maiorem Eremi eligere, ac Monasteria alijs Monasterijs vestræ Congregationis vnita separare, ita quod essent principalia membra, & gauderent Priuilegijs, alijs Monasterijs Congregationis Eremi, & sancti Michaelis de Murano de nouo erectæ concessis.

Priorem

1 *Priorem claustralem Maiorem Eremi nuncupatum elegistis, ac Camaldulum maiorem Cœnobium erexistis, & Monasteriũ Fontis boni nuncupastis, & in eodem constituistis Priorem in Prælatum, sub certis conuentionibus, & pactis inter vos, & Eremitas ipsos initis, similiter & Camaldulum minorem Florent. principale Monasterium effecistis, ac in eo Abbatem deputastis.*

2 *Ita quod ij tres per vos electi Prælati essent, & administrationem, & iurisdictionem in suis Monasterijs haberent, vt alij Prælati vestræ Congregationis in suis locis habẽt.*

3 *Necnon declarastis, quod ex nunc ex ijs, Congregationem ex Eremo, & sancti Michaelis de Murano, per vos alias factam, effectum suum sortitam fuisse, ita quod vnica esset.*

4 *Et Capitulum generale proxime celebrandum vestræ Congregationis, Generale Capitulum Congregationis Camaldulensis Eremi, & sancti Michaelis de Murano appellari deberet. Ac humiliter supplicari fecistis, vt præmissis pro illorum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adijcere,*

cere, aliàsque oportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos itaque huiusmodi supplicationibus incli- 5
nati, præmissa omnia & singula, ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, et confirmamus supplentes omnes & singulos defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, ac pro potiori cautela.

Vt dictæ Congregationi vnita Monasteria, ab 6
alijs separare, & separata alijs vnire: ac quæcunque, quæ vobis ad augmentum, & decus vestræ Congregationis, & locorum eius vtilia, & opportuna videbuntur, facere.

Ac Prioratus, & Monasteria, & loca, quæ- 7
cunque etiam vnita, Congregationis & ordinis vestri, etiam si illæ vniones nondum effectum sortitæ sint: tàm in capite, quàm in membris, visitare, & reformare, ac Monachos pro suis erroribus corrigere, & castigare.

Et eos ad claustrum reuocare prout vobis, & 8
animarum saluti, & vestræ Congregationi videbitur expedire, super quo vestram

conscien-

conscientiam oneramus, liberè, & licitè valeatis.

9 *Ac quod vos, ex nunc, eandem habeatis auctoritatem, & potestatem in toto Ordine vestro, quam habebunt Visitatores, & Generalis temporalis, cum fiet in vestra Congregatione, licentiam, & facultatem concedimus.*

10 *Ita quod contradictores per censuram ecclesiasticam compescere, & auxilium brachij secularis, quatenus opus sit, implorare possitis.*

11 *Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam nostra de unionibus committendis ad partes, cui hac vice duntaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis qaibuscunque.*

12 *Datum Romæ, apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris. Die 8. Decemb. M. D. XIII.*

Pontificatus nostri. Anno Primo.

P. BEMBVS.

PRI-

PRIVILEGIVM recipiendi

EX OMNIB. RELIGIONIB. ad Eremum venientes, quod cum aliis, a Leone. X. confirmatum est.

EVGENIVS Episcopus, seruus seruorum DEI, Dilectis filijs Priori, & vniuersis fratribus domus fratrum Eremi Camaldulensis, præsentibus & futuris: Salutem & Apostolicam Benedictionem. Illa quæ pro tranquillo personarum sub Religionis habitu, domino famulari desiderantiũ, studio piæ vitæ, statu prouidè facta sunt: vt illibata persistant, cum a nobis petitur, Apostolicæ confirmationis robore cõmunimus, eaq; ampliamus, & extẽdimus, prout in Deo hoc conspicimus salubriter expedire. Sanè dilectorum filiorum Prioris, & fratrum domus Eremi Camaldulensis, per

Priorem solitè gubernari, nuper habita petitio continebat, quod olim fœlicis recordationis Gregorius Papa IX. prædecessor noster, Priori qui tunc erat, & fratribus dictæ Eremi, pro eorum, & ipsius Eremi incremento, quasdam litteras cōcessit: in hæc verba. ¶ Gregorius Episcopus, seruus seruorum Dei. Dilecto filio Priori Camaldulensi, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Feruor & integritas Religionis, quæ in domo tua, & presertim in Eremo per beneplacitum Conditoris vigere cognoscitur, inducit nos propensius, & hortatur: vt petitiones tuas, quantum cum Deo possumus, prompto velimus animo exaudire. Hac itaque ratione inducti, tibi & fratribus tuis, auctoritate Apostolica indulgemus, eos, qui de alijs Congregationibus venientes in Eremo vestro, dummodo elegerint, & promiserint sub ordine, & habitu vestro, in Eremo perpetuò deseruire: liberè, sine cuiusquam cōtradictione, retinere possitis: ita tamen quod non permittantur in sacris ordinibus, nisi de ipsorum ordinatione certi fueritis, ministrare. Nulli ergo omnino

nino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Data Anagnæ. ix. Kal. Iulij. Pontificatus nostri, Anno Primo. ¶ Cùm autem, sicut eadem petitio subiungebat, propter diuersa Priuilegia, & indulta diuersis Congregationibus diuersorum domuum, & Monasteriorum, ex post per Apostolicam sedem concessa, necnon diuersas alias Constitutiones, & ordinationes editas, concessioni præfati prædecessoris nostri plurimũ derogatum existit: propter quod multi, qui in dicta Eremo altissimo famulari affectant, ab eorũ proposito retrahuntur. Quare pro parte dictorum Prioris, & fratrum nobis fuit humiliter supplicatum: vt eis super hoc oportunè prouidere, dictæque concessioni, robur Apostolicæ confirmationis adijcere, vt etiam quantum opus est, ipsam ampliare de beniguitate Apostolica dignaremur. Nos itaque de præmissis plenius in-

formati, Prioris & fratrum prædictorum supplicationibus inclinati, concesſionem prædictam, necnon dictas litteras, & quæcunque in eis contenta, rata, et grata habentes, ea auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Vobisque, vt omnes, & singulos, cuiuscunq; ordinis existant, & de quibuscunque Congregationibus, domibus, seu Monasterijs, siue Mendicantium, siue non Mendicantium, etiam Cartusiensis ordinis venerint, qui in Eremo vestro, sub ordine, & habitu vestro, in ipsa Eremo Altisſimo perpetuo famulari elegerint: Superiorum ipsorum licentia petita (licet non obtenta) sine cuiusquã contradictione, & alias secundum præfati prædecessoris nostri in dictis litteris contentam voluntatem: recipere & retinere posſitis, tenore præsentium indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, Priuilegijs & indultis quibuscunque, sub quauis forma verborum, in contrarium forsan factis, seu faciendis: De quibus etiã & eorum totis tenoribus, in præsentibus esset habenda mẽtio specialis. Nulli ergo omnino

nino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, communitionis, & conces-sionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. Florentiæ. Anno incarnationis Domini. M. CCCCV. Octauo Kal. Decemb.

Pontificatus nostri, Anno Quinto.

Gratis de mandato Domini nostri Papæ.

Io. de Steccatis.

DILE-

DILECTIS FILIIS Vicario, & Visitatoribus Congregationis Eremi,

CAMALDVLENSIS Ordinis.

LEO PAPA X.

DILECTI Filij, Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Cùm nos anno præcedenti, ex Eremo Camaldulensis Ordinis, Aretinæ diocœsis, & Congregationis sancti Michaelis de Murano, vnã Congregationem Eremi, & sancti Michaelis huiusmodi cõstituerimus, et ordinauerimus, ac Congregationi huiusmodi diuersa Priuilegia concesserimus, ac vobis Vicario, & Visitatoribus, pro prospero, & fœlici statu Congregationis prædictæ vnio-

cta: uniones, annexiones, & incorporationes nonnullorum Monasteriorum, aliis Monasteriis dictæ Congregationis, alias Apostolica auctoritate factas, eadem Apostolica auctoritate, dissoluere valeretis. Itaque de cætero æquè principalia, ut ipsa Monasteria quibus unita erant, existerint, concesserimus, prout in nostris litteris desuper confectis, plenius continetur. Nos cupientes necessitatibus Monasteriorum, & aliorum locorum dictæ Cogregationis more pii patris prouidere: vobis Vicario, & Visitatoribus dictæ Cōgregationis, pro tempore existentibus, cùm vobis vigore concessionum, et indultorum Apostolicorum, eidem Congregationi concessorum: Monasterium, seu Prioratum, aut alium locum Religiosum, ex rationabilibus causis, alteri Monasterio, seu Prioratui, iuxta Priuilegium vobis concessum huiusmodi, unire, annectere, & incorporare opportunū visum fuerit, tunc prout æquitas suadebat super fructibus, redditibus, & prouentibus beneficiorum, pro tempore vni-

torum

torum pensiones alijs Monasteriis, seu Religiosis locis, annis singulis persoluendas constituere, resignare, & assignare liberè, & licitè possitis, & valeatis. Et insuper Abbates, Priores, & alij superiores Prælati dictæ Congregationis in euidentem vtilitatem Monasteriorum, Prioratuum, et aliorum locorum suorũ, quæcunque bona immobilia ad eorum loca legitimè spectantia, dummodo bonorum huiusmodi annui redditus, summã sex ducatorum aurei non excedant, totiens, quotiens opus fuerit, vendere, & pretium inde proueniens, penes personã fide, & facultatibus sufficientẽ cum debitis cautelis deponere: & ex precio prædicto bona, & aliis suis vtiliora emere, seu cum aliis bonis vtilioribus permutare liberè, & licitè poßint, & valeant: Et vt a CHRISTI fidelibus, Monasteria, & alia loca vestræ Congregationis, congruis frequententur honoribus, liceat Abbatibus, Prioribus, & alijs Prælatis dictæ Congregationis, pro tempore existentibus, omnes, & singulos benefactores

ctores

factores locorum suorum Priuilegiorũ, & indultorum eidem ordini, ac illius Monasteriis, & locis, ac personis ipsius Congregationis concessorum, necnon suffragiorum, & aliorum omnium Congregationis huiusmodi participes facere. Quodque deinceps Eremitæ Monasterij Eremi Camaldulensis prædictæ, licet in sacerdotio constituti non sint, si eis hoc onus subire placuerit in Capitulis, seu Congregationibus, tàm particularibus, quàm generalibus dicti ordinis, vocem actiuam, & passiuam habeant, proinde ac si in sacerdotio constituti forent. Verùm quia in litteris nostris Priuilegiorum Congregationi vestræ concessorum, omissum fuit eidem Monasterio Eremi, Monasteria de Vergareto, ordinis, & diocœsis prædictæ, vnire. Nos commoditatibus Conuentus Monasterij Eremi prædictæ consulere volentes de Vergareto, & sanctæ Agatæ Monasteria, Ecclesiam sancti Saluatoris de Poppio, ordinis & diocœsis prædictorum, cum primũ per cessum, vel decessum, seu quamuis

aliam diuisionem, illa in titulũ, vel commendam obtinendam vacare, seu illorum commendas cessare contingerit, eidem Monasterio Eremi, cuius ac Monasteriorũ, et Ecclesiæ prædictorũ uniendorum, annui fructus præsentibus haberi voluimus pro expressis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus. Ita quòd cedentibus, vel decedẽtibus; simul vel successiuè Monasteria, seu Ecclesiã huiusmodi obtinẽdã, seu illa, aliàs quomodolibet dimittenda: & illis quouis modo, vt præfertur, vacantibus, liceat Conuentui Monasterij Eremi prædictæ per se, vel alium, seu alios, corporalem possessionem vnitorum Monasteriorum, & Ecclesiæ huiusmodi, iuriumque & pertinẽtiarum prædictorum propria auctoritate, liberè apprehendere, ac perpetuò retinere, illorumque fructus in Conuentus Eremi, ac Monasteriorum, & Ecclesiæ vnitorum huiusmodi vsus, & vtilitatem conuertere, diocœsis, loci, & cuiusuis alterius licentia super hoc

minimè

minimè requisita: & cum Monasterij sanctæ Agathæ unio huiusmodi, suum sortita fuerit effectum, tunc & eo casu, Conuentus Monasterij Eremi prædictæ, Monasterio de Luco dicti ordinis Fesulanæ diocœsis pēsionem annuam quindecim ducatorum auri persoluere teneatur: & similiter cum unio Monasterij sanctæ Iocundæ dicti ordinis Vulterranæ diocœsis, Monasterio sancti Benedicti extra muros Florentiæ uniti, suum sortita fuerit effectum, Prior, & Conuentus Monasterij sancti Benedicti huiusmodi, annis singulis eidem Monasterio de Luco similem pensionem quindecim ducatorum auri soluere teneantur. Non obstantibus nostra de unionibus committendis ad partes, & exprimendo valore etiam beneficij, cui unio fieri petitur, ac alijs editis, & edendis constitutionibus, et ordinibus Apostolicis, ac Monasteriorum, & ordinis prædictorū iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, illisque concessis priuilegijs indultis, & litteris Apostolicis etiam confirmatis, & innouatis: quibus

omnibus, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererẽtur præsentibus pro expressis haberi, motu proprio, specialiter & expressè derogamus, contrarijs quibuscũque. Volumus autẽ quòd, propter vnionem huiusmodi Monasteria, & Ecclesiæ prædictæ debitis non fraudẽtur obsequijs, & animarum cura in illis nullatenus negligatur: sed eorum congruè supportentur onera consueta. Quodque cùm primum vnio huiusmodi suum sortita fuerit effectũ, obligatio in Camera Apostolica, de soluendo Quindennio eidem Cameræ, ratione vnionis huiusmodi debito, infra sex menses fieri debeat: alioquin termino huiusmodi elapso, vnio huiusmodi viribus non subsistat. Monasteriaque ipsa ex tunc vacare, illaque a sede Apostolica prædicta liberè impetrari valeant. Datum Romæ, Apud sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris. Die quinta Iulij. M. D. XIIII.

Pontificatus nostri, Anno secundo.

GREGORIVS PAPA. XIII.

AD PERPETVAM Rei Memoriam.

IN Apostolicæ dignitatis specula meritis licet imparibus, Diuina dispositione constituti, circa personarum quarumlibet, præsertim sub suaui Religionis iugo viuentium, quiq; abdicatis mundi huius illecebris, se Religioni dederunt, salubriter intendentes, priuilegijs, & alijs gratiarum muneribus eis, illis tàm per Romanos Pontifices prædecessores nostros, quàm alios quoscunque pro tempore concessis, cùm a nobis petitur, approbationis nostræ suffragium libenter impartimur. Sanè pro parte dilectorum filiorum Generalis, & Visitatorũ, ac Prioris Eremi, nec-

mi, necnon Congregationis eiusdem Eremi, & sancti Michaelis de Murano, Camaldulensis ordinis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd aliàs fœlicis recordationis Leo X. Clemens VII. & Paulus III. & Iulius etiam III. Romani Pontifices prædecessores nostri, tunc existentibus Generali, & Visitatoribus, ac Priori Eremi, necnon Congregationis eiusdem Eremi, & sancti Michaelis de Murano, omnia & singula priuilegia, indulta, facultates, gratias, & concessiones ipsis, ac personis, domibus, & bonis eorundem eatenus, tàm Apostolica, quàm ordinaria, Imperiali, vel Regia auctoritatibus, quomodolibet concessa, ac consuetudine legitimè præscripta acquisita auctoritate Apostolica, certis modo, & forma confirmauerunt, eisdemque Priori, & Eremitis Eremi huiusmodi, quòd omnibus, & singulis priuilegijs, indultis, concessionibus, indulgentijs, & gratijs Eremitis Congregationis sancti Romualdi, aliàs de Massalio in genere quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, ac quibus Eremitæ Congregationis sancti Romualdi, huiusmo

di vte-

di vtebantur, potiebantur, & gaudebant, ac vti, potiri, & gaudere poterant quomodolibet in futurum vti, potiri, & gaudere libere, & licitè possent. Quodque Prior Eremi Camaldulensis huiusmodi pro tempore existens, Eremitas, & familiam Eremi, huiusmodi, à quibusuis etiam maioris excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, & quibus pro tempore irretiti forent: etiam si illorum absolutio præfatæ Sedi specialiter, vel generaliter reseruata foret: satisfactio tamen his, ad quorum instantiā censuræ ipsæ forsan emanauerant, ac a quibusuis irregularitatibus, tam de iure, quàm ex ipsius Eremi constitutionibus, & regularibus institutis quomodolibet prouenientibus, & quibusuis aliis peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcunque grauibus, & enormibus: etiam talibus, quod de illis esset Sedes prædicta merito consulenda, ac dictæ sedi qualitercunque reseruatis: exceptis contentis in Bulla in die Cenæ Domini, legi con-

sueta,

ſueta, quoties opportunum foret, eorum Confeſsionibus diligenter auditis, abſoluere, ac eis pro commiſsis pœnitentia ſalutari iniungere, necnon ſeipſum à quocunque alio Eremita Sacerdote, vices ſuas illi committendo, abſolui facere, ac corporalia, & alia paramenta ad cultum Diuinum pertinentia pro vſu ſuo benedicere, ac Oratoria, cuiuſuis licentia minimè requiſita, ſine tamen alicuius præiudicio, conſtruere, & conſtrui facere: necnon Altare portatile habere cum debitis reuerentia, & honore, ſuper quo in locis congruentibus, & honeſtis, etiam non ſacris, tam ipſe Prior, quàm dicti Eremitæ, cum qualitas negociorum pro tempore ingruentium exigeret, etiam per horam ante diurnam lucem vbilibet locorum, in præſentia quorumcunque Miſſas celebrare, ac ipſe Prior ad ipſius Pauli prædeceſſoris beneplacitum, tam in Eremo, quàm in alijs eius locis, quarumcunque vtriuſque ſexus perſonarum ad Priorem, & Eremitas prædictos pro tempore accedẽtium, Confeſsiones audire, & illis diligenter auditis, eaſdem perſonas ab omnibus, & ſingulis excommu-

commu-

communicationis, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, ac peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcunque grauibus, & enormibus, a quibus ordinarij locorum, de iure, vel consuetudine absoluere possent, ipsorum ordinariorum, seu quorumuis aliorum, licentia super hoc minimè requisita, quoties opus foret absoluere, & eis pro commissis pœnitentiã salutarẽ iniungere, ac sacramenta Ecclesiastica præterquã in die Paschatis, cuiusuis licẽtia similiter minimè requisita ministrare. Quodque Eremita Conuersus, ad curam Sacristiæ Eremi huiusmodi deputatus, calices, & corporalia, etiam sacrata, & benedicta, prout dicti Eremitæ de Massalio ex indulto Apostolico faciebant, tractare liberè, & licitè possent, indulserunt, & dictam domum, Eremumq; Camaldulensem, ac illius loca, et beneficia dictæ Eremo annexa, & incorporata, omnesque, & singulos Eremitas ab omnibus, & singulis decimis, collectis, exactionibus, gabellis, taleis, datijs, subsidijs charitatiuis, impositionibus ordinarijs, & extraordinarijs, quauis etiam

Apostolica, vel ordinaria auctoritate prædicta pro tempore impositis, exemerunt, & liberauerunt, ipsosque sub Beati Petri protectione susceperunt, eisdemque decimas, & medietates fructuum, & eorum quartam partem, necnon quæcunque subsidia, & onera per eosdem, & alios eorum prædecessores, quomodolibet in Dominio Florentino retroactis temporibus, & tunc imposita prorata fructuum, seu bonorum dictarum domuum, & Eremum, ac illius annexa, & incorporata prædicta, quomodocunque; et qualitercunque etiam ratione trium unciarum auri tangentium, & ad Cameram Apostolicam, seu ad quemlibet nomine dictæ Cameræ, ex quauis causa spectantia, ipsius ratæ qualitatem pro sufficienter expressa habentes gratiose, et liberaliter donauerunt, remiserunt, & concesserunt, ac à dictorum onerum, tàm tunc præteritorum, quàm pro tempore impositorum, & illorum solutione, dictam domum, & Eremum perpetuo absoluerunt, quietarunt, & liberauerunt, prout in litteris desuper confectis plenius continetur. Quare pro parte Generalis,

lis, & Visitatorum, ac Prioris Eremi, necnon Congregationis eiusdem Eremi, et sancti Michaelis de Murano prædictæ, nobis fuit humiliter supplicatum, vt singulis litteris prædictis pro illorum subsistentia firmiori, robur nostræ approbationis adijcere, ac alias in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Religioni deditis Apostolici fauoris præsidium libenter impendimus, Generalem, & Visitatores, ac Priorem Eremi, necnon Congregationem eiusdem Eremi, et sancti Michaelis de Murano, ac singulares personas Monasteriorum, & locorum eorundem à quibusuis excommunicationis suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, ac singularum litterarum prædictarum veriores tenores præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia,

& singula, concessiones, exemptiones, facultates, gratias, ac priuilegia, & indulta Generali, Visitatoribus, & Priori, ac Congregationi, & singularibus illius personis, ac alijs illius domibus, & locis, tàm per prædictos prædecessores, quàm aliàs quomodolibet dicta auctoritate Apostolica concessa, necnon singulas dictorum prædecessorum litteras, ac omnia, & singula in illis contenta, & inde secuta quæcunque, quatenus sint in vsu, & prout hactenus obseruata fuerunt, Apostolica auctoritate præfata ex certa scientia tenore præsentium approbamus, & innouamus, ac perpetuæ roboris firmitate subsistere, suosque plenarios effectus sortiri, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari: sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam Palatij Apostolici causarũ Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, necnon si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus,

supple-

supplentes omnes, & singulos, tàm iuris, quam facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Quocirca Venerabilibus Fratribus Rauennatensis, & Florentinensis Archiepiscopis, ac dilecto filio Abbati Monasterij sancti Georgij Venetiarum per præsentes mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, ac in eis contenta quæcunque, vbicunque opus fuerit, ac quoties pro parte moderni, & pro tempore existentiũ Generalis Visitatorũ, ac Prioris, & Congregationis, & illius singularũ personarum prædictarum desuper fuerint requisiti solenniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra litteras, & in eis cõtẽta huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos, quos litteræ ipsæ concernunt, illis pacificè gaudere. Non permittentes eos desuper contra earundem litterarũ tenorẽ quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet; & rebelles per cẽsuras, & pœnas Ecclesiasticas appellatione postpo-

sita

sita compescendo, ac legitimis super his habentes seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstante recolendæ memoriæ Bonifacij Papæ. VIII. similiter prædecessoris nostri, qua cauetur: Ne quis extra suam Ciuitatem, vel diocœsim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ diocœsis, ad iudicium euocetur, seu ne iudices à sede prædicta deputati, extra Ciuitatem, & diocœsim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere præsumant, ac de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur, ac aliis Apostolicis constitutionibus, contrariis quibuscunque: Aut si aliquibus communiter, vel diuisim à dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad

bo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datum Romæ, Apud sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris. Die 13. Augusti. M. D. LXXII.

Pontificatus nostri, Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

SIXTVS

SIXTVS PAPA QVINTVS.

AD PERPETVAM Rei Memoriam.

RELIGIOSORVM locorum, & personarum indemnitati Pastorali solicitudine intendentes, ea, quæ à prædecessoribus nostris illis concessa fuerunt, cùm à nobis petitur, cõfirmationis nostræ munimine libenter roboramus. Itaque supplicationibus dilectorum filiorum Prioris, & Eremitarum Eremi Camaldulensis nobis humiliter porrectis, inclinati, omnia, & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, indulgentias, gratias, concessiones, & indulta per fœlicis recordationis Sixtum IIII.

Leonem X. Clementem VII. Paulum III. Iulium etiam III. Paulum IIII. Pium etiam IIII. Pium V. & Gregorium XIII. Romanos Pontifices prædecessores nostros, ipsis Priori, Eremitis, & eorum Domibus, & bonis concessa, confirmata, & innouata, & quæ præsertim Eremitis Congregationis sancti Romualdi, aliàs de Massatio in genere conceßa fuerunt, & quibus dicti Eremitæ sancti Romualdi potiuntur, & gaudent, eorundemque prædecessorum litteras, tàm sub plumbo, quàm in forma Breuis desuper confectas, quarum tenores, ac si ad verbum insererentur, præsentibus pro expreßis haberi volumus, auctoritate Apostolica tenore præsentium, quatenus sint in vsu, & prout hactenus obseruata fuerunt, approbamus, confirmamus, & innouamus, ac perpetuæ roboris firmitate subsistere, necnon eorum domibus, bonis, & locis prædictis suffragari, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari debere: sicque per quoscunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, &

eorum cuilibet quauis aliter indicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere: irritum quoque, & inane, quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari, decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quæ prædecessores prædicti in suis litteris voluerunt non obstare; cæterisque contrarijs quibuscunque.

Datum Romæ, Apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris. Die viij. Ianuarij. M. D. LXXXVI.

Pontificatus nostri, Anno Primo.

Io. Baptista Canobius.

FINIS.

INDEX EORVM, quæ in Priuilegio continentur.

Quod

19 *Quod instrumenta facta inter Prælatos Congregationis, & Prælatos volentes reducere Monasteria sua ad dicta Congregationis obseruantiam, Apostolica auctoritate sint confirmata. Et eius acta.* fol. 4

20 *Vniuersi eiusdem Congregationis Prælati, Generali subijciantur, & alij Monachi, & Conuersi, & Commißi, subditi sint Prælatis Monasteriorum, in quibus habitant. Vniuersi.* fol. 4

21 *Nemini, neque ex Prælatis, neque ex Monachis, liceat de ordinationibus, correctionibus, ac mandatis Capitnli, seu ipsius Generalis, aut Prælatorum suorum appellare ad sedem Apostolicam, & appellationes nullius momenti habeantur. Et nulli.* fol. 5

22 *Si contra Prælatos, aut Monachos, à Superioribus suis procedendum sit, non secundum terminos iuris communis, sed secundum statuta Congregationis procedatur. Et cum contra.* fol. 5

23 *Non permittant Prælati, Monachos, aut Conuersos suos, ad aliam Religionem transire, etiam si à sede Apostolica litteras habuerint, nisi in litteris de hac ordinatione men-*

Mona-

Absenti-

notitiam habuerint, excõmunicationis sententiam incurrant, à qua nisi in articulo mortis, ab alio, quàm à sede Apostolica non possint absolui. Nec quisquam. fol.9

40 *Iniuriantes, seu molestijs afficientes, Prælatos, & Monachos Congregationis, recipientes ad Conuersionem, qui ad eos accesserint, eandem pœnam incurrerint. Aut super hoc. fol.9*

41 *Nemo aut ecclesiasticus, aut secularis præsumat abstrahere Monachos Congregationis, vel ad se sponte venientes in obsequium suum, vel locorum suorum detinere; neque prætextu arctioris vitæ, aut obseruantiæ, neque auctoritate litterarum Apostolicarum, absque consensu Capituli, aut maioris partis Visitatorum, sub eadem pœna, quam incurrant triduo, postquam hoc illis notum fuerit. Ac nullæ Ecclesiasticæ. fol.9*

42 *Generalis ordinis, Abbates, Priores, & deputati, possint Monachos ordinis vagos, fugitiuos, inobedientes, rebelles, & qui aut habita licentia conditionem non impleuerint, aut elapso termino nõ redierint, aut ad alia loca sine Apostolica dispensatione, cum huius*

ius constitutionis derogatione se cōtulerint, vel ad personas cuiuscunque dignitatis, etiā Cardinalium seruitium, in Roman. Curia, vel extra se addixerint, aut ab eis litteras Capellanatus, vel familiaritatis obtinuerint, capere, & in carceribus detinere, inuocato brachio seculari, & per ecclesiasticas censuras eosdem valeant coherceri. Generalis autem. fol. 9

Congregationis personæ, loca, & bona largissima exemptione, ab omni superiori ecclesiastica potestate, eximuntur, & liberantur, cum excommunicationis sententia contrafacientibus, & personas Congregationis eiusque benefactores non posse ab aliquo excommunicari, nisi de speciali sedis Apostolicæ commissione conceditur. Et vt. fol. 10 43

Personæ, loca, & bona Congregationis, sub sedis Apostolicæ protectione suscipiuntur, annuo censu vnius vnciæ auri, in signum perpetuæ libertatis. Eaq; omnia. fol. 11 44

Prælati, & Monachi dictæ Congregationis, cōpelli nō possint, ad aliquod infrascriptorū, neq; etiam auctoritate litterarū Apostolicarū, ad administrandā iustitiā, ad execu- 45

b tionem

tionem faciendam, ad visitationem exercendam, ad aliquod negotium peragẽdum, ad litteras Apostolicas acceptandas, aut in illis contenta exequendum, ad processiones publicas, vel funerales celebrandum, ad iuramentum de calumnia, vel veritate subeundum, ad testimonium exhibendum, neque possint extra Ciuitatem, aut diocœsim trahi, neque ad Concilia generalia, aut prouincialia, aut synodalia, aut Congregationes qualescunq; Ecclesiasticas, vel seculares Apostolica etiam auctoritate inditas, præterquam ad Capitulum Congregationis celebrandum, & alia pro ordine facienda. Volumus insuper. fol. 11

46 *Loca eiusdem Congregationis in tanta libertate ponuntur, quod inuitis Prælatis, & Monachis locorum, nemini liceat in eis Missas, vel alia diuina officia celebrare, ordines cõferre, causas ciuiles, uel criminales agitare, processiones conuocare, synodus, vel conuentus facere, neque ibidem hospites, habitatoresue ponere, aut aliquem incarcerare. Seu quod in eorum.* fol. 12

47 *Testimonia personarum Congregationis, in causis*

causis ipsius, tàm ciuilibus, quàm criminalibus, tàm in iudicio, quàm extra legitima habeantur. *Testimonia vero.* fol. 12

Monasteria, capellæ, loca, & bona omnia dictæ Congregationis exempta sint, ab omnibus impositionibus, gabellis, tallijs, datijs, collectis, etiam pro pontium restauratione, & viarum reparatione, sub excommunicationis, & maledictionis perpetuæ pœna, quam incurrant, qui contrafecerint, tàm imponentes, quàm exigentes, harum habita notitia. 48
Nulli quoque Reges. fol. 12

Loca, & bona omnia Congregationis exempta sint libera, & absoluta ab omnibus decimis, censibus, redditibus, solutionibus, Archiepiscopis, Episcopis, collegijs, vniuersitatibus, ac fabricis, & ab alijs omnibus, & ab his, quæ hactenus debita, crederentur absoluta sint. 49
Nec aliquod. fol. 12

Exemptio hæc intelligatur, etiā de relictis, donatis, tàm in vltimis voluntatibus, quàm inter viuos concessis, aut concedendis. 50
Etiam de relictis. fol. 13

Exempta sint loca Congregationis ab omni reali, & personali impositione, exactione, col- 51

 lecta,

lecta, ac decima per Pontificem, aut successores imponendas. Ipsaque. fol.13

52 Sint loca Congregationis exempta, ab omni solutione, ratione visitationis, vel subiectionis, à quibuscunque ordinarijs. Nec non ab omnibus. fol.13

53 Census, & alia loca, quæ eiusdem Congregationis, aut nunc deberent, aut in futurum debere viderētur, de plenitudine potestatis, gratiosæ remittuntur, vt ad ea soluenda, neque litterarum Apostolicarum vigore, cogi possint. Hactenus debitis. fol.13

54 Possessiones Congregationis, quæ vel ipsi colunt, vel ab alijs coli faciunt, cuiuscunque conditionis sint, non teneantur soluere primitias, aut decimas, seu quartesta, aut quocunque alio nomine nuncupatas exactiones. Nullusque ab eisdem. fol.13

55 Monasteria Congregationis possint acquirere hæreditates, legata, & fideicommissa, per mediā personā Monachorū. Et quod. f.13

56 Ipsi Monachi Congregationis possint petere, & exigere præfata bona eis debita, & ius petendi, ac exigendi habeant, ac si in seculo remansissent. Ipsiq; Monachi. fol.14

Nulla

Nulla præscriptio currat contra Monasteria, 57
& loca Congregationis, nisi post sexaginta
annos. Et contra. fol.14
Tempore interdicti, liceat ipsis Monachis, ia- 58
nuis clausis, interdictis exclusis, submissa vo
ce, Missas, & alia diuina officia celebrare,
& sacramẽta ministrare. Cupiẽtes. f.14
Eadem gratia communis sit, non solum Præ- 59
latis, & Monachis, sed Conuersis etiam, et
Nouitijs, Capellanis, & Laicis, qui inter
septa Monasteriorum, seu locorum, pro tem
pore habitauerint. Pralati, Monach. f.14
Monaci Cõgregationis possint ordinari, à quo- 60
cunque catholico Episcopo, absque licentia
diocœsani, nulla examinatione præmissa.
Et quod eiusdem. fol.14
Præfati catholici antistites aduocati, possint 61
in locis Congregationis Missas celebrare,
Altaria, et vasa consecrare, vestes, & alia
benedicere, & Pontificalia exercere.
Missas inibi. fol.15
In omnibus casibus, in quibus iure ordinarij es 62
sent consulendi pro licentia, seu dispensatio-
ne aliqua, Generalis, Abbates, & Priores
Cõgregationis possĩt, cũ Pralatis, & Mona
chis

chis dispensare, & auctoritatem, & licentiam concedere. Necnon quod. fol.15

63 *Prælati Congregationis possint absoluere omnes in ea ingredientes, ab omni voto religionis, etiam arctioris, si in illam professionem non emiserint, & si ab hac Congregatione ante professionem non recesserint. Ac personas. fol.15*

64 *Item possint prædicti Prælati eos, qui intrauerint Congregationem ab omni voto, excepto voto Religionis, & ab omni excommunicatione absoluere, qui tamen si ante professionem recesserint, in eadem excommunicatione remanere intelligantur. Super omnibus votis. fol.15*

65 *Confessores Congregationis possint audire confessiones quarumcunque personarum, & quilibet absque licentia Superioris possit illis confiteri. Et cum sæpe. fol.15*

66 *Possint huiusmodi Confessores illos, quorum cõfessiones audierint absoluere, ab omnibus peccatis, & casibus, exceptis solummodo sedis Apostolicæ reseruatis, & à quibuscunq; suspensionibus, excommunicationibus, interdictis, & Ecclesiasticis censuris, &*

pœnis.

Congregationis, & Prælatos volẽtes cederẽ loca sua Congregationi, etiam si talia essent, vt nisi Apostolica auctoritate firmarentur illicita, atque prohibita censerentur, sint Apostolica auctoritate firmata, nec in eis aliquam simoniæ labem, incurrere possint contrahentes. Necnon gener. fol.17

73 Si per aliquem actum, aut per plures, aliquid contra priuilegia Congregationis fieret, per aliquem de dicta Congregatione, id nequaquam præiudicet dictis priuilegijs, sed semper in sua firmitate permaneant. Et quandocunque per. fol.17

74 Omnia, & singula in hoc priuilegio contenta, nullo modo poßint, neque per litteras Apostolicas reuocari, quãuis etiam clausis derogatorijs, & motu proprio factæ essent, nisi in huiusmodi litteris eorum, quæ derogari viderẽtur, de verbo ad verbum, totus tenor inferatur, & de omnibus locis Congregationis mentio fiat, & nisi expressè apparuerit Pontificem his voluiße derogare, & causa vrgens, & sufficiens exprimatur. Ac quod deinceps. fol.17

75 Per reuocationes vnionũ, quæ per sedem Apostolicam

stolicam fieri contingerint, seu speciales, seu generales, nullum super unionibus, & incorporationibus Congregationis factis, aut fiendis præiudiciũ generetur. Et quod. f.18

Reuocatio super unionibus Congregationis, nullius sit momenti, nisi in litteris constitutiones, & ordinationes huiusmodi, de verbo ad verbum inserantur, & specialis, & indiuidua mentio de locis fiat. Nisi dum. f.18 76

Omnibus personis Congregationis conceditur, semel in mortis articulo, à cõfessoribus, quos elegerint, de omnibus peccatis plenariam remißionem habere posse. Necnon. fol.19 77

Quæ morienti iniungenda essent pro penitẽtia, confessor debeat, aut per se, aut per quoscunque voluerit de Congregatione implere. Sic tamen quod. fol.19 78

Volentes huiusmodi gaudere plenariæ absolutionis gratia, si clerici sint, septem psalmos cum letaniјs, si autem Commißi, aut qui psalmos commodè dicere non poßint, quinquagesies dominicã orationem dicere, singulis ebdomadibus teneantur, cessante legitimo impedimento, per annum integrum. Quodque singuli. fol.19 79

80 *Occurrente impedimento, & postea cessante, teneantur huiusmodi obligationem implere, quamprimùm commodè poterint. Occurrente verò.. fol.19*

81 *Stationum indulgentiæ, quæ in vrbe, aut extra vrbem sunt, omnibus de Congregatione conceduntur; visitando quinque Altaria, vbicunque etiam extra loca propria fuerint; & dicendo pro quolibet Altari, psalmum Miserere mei Deus, aut pro eis; qui illum nesciunt, ter dominicam orationem, cum Angelica salutatione. Necnon. fol.19*

82 *Sacerdotes Congregationis in itinere constituti; aut alia causa subsistente, ante diem, & vsque ad nonam inclusiuè, posint Missam celebrare. Quodque. fol.20*

83 *Duo ex Eremitis, singulo triennio, ad loca sancta Hierusalem, ad Apostolorum limina, ad Sanctum Iacobum in Compostella, de consensu Capituli Eremi, absque alia licentia accedere possint. Quodq; duo. fol.20*

84 *Familiares locorum Congregationis, etiã Laici possint absque vlla licentia, etiam tempore interdicti, sacerdotibus Congregationis confiteri, Eucharistiæ Sacramentum reci-*

pere,

etiam si in earum executione processum esset, nequaquam ad loca Congregationis extendantur; nec vllam habere super loca huiusmodi, executionem possint. *Aut si aliqui.* fol. 22

89 Non obsistat in executione contentorum, in hoc priuilegio, quod alicui concessum fuisset, quod suspendi, excommunicari, vel interdici non posit, nisi de verbo ad verbum, de hoc priuilegio facta sit mentio. *Seu si aliquibus.* fol. 22

90 Ne loca vnita, debitis fraudentur obsequijs, per Prælatos eorum locorum, quibus vnita sunt, consueta onera supportentur. *Volumus autem, quod Prioratus.*

INCI-

INCIPIT

INDEX CONSTITVTIONVM,

Capituli Florent. M. D. XIII.

Celebrati, à Pontifi. Maximo approbaturum, in Priuilegio insertarum, & in quatuor rubricis distinctarum.

Rubr. De Congregatione.

EX omnibus locis Camaldulensis ordinis Eremitarum, obseruantium, & conuentualium, ad Eremum, quoquo modo pertinentium, fit vna Congregatio, Eremi Congregatio appellata. Imprimis. fol 23 91

Ex hac Eremi Congregatione, & ex Congregatione sancti Michaelis de Murano eiusdem ordinis, fiat vna noua Congregatio, in qua Eremitæ, obseruantes, conuentuales, monialésque comprehendantur, quæ vocetur congregatio Eremi, & sancti Michaelis de Murano. Deinde. fol. 23 92

DECEM,

DECEM, ET SEPTEM principaliora loca Congregationis.

93 *Camaldulensis Eremus, cum tredecim beneficijs, quæ illi vniuntur. Sacra.* *fol. 23*

94 *Monasterium sancti Michaelis de Murano, cum tribus beneficijs, quæ illi vniuntur. Monasterium.* *fol. 24*

95 *Prioratus sancti Matthiæ de Murano, cum quatuor beneficijs quæ illi vniuntur. Prioratum.* *fol. 24*

96 *Monasterium sanctæ Mariæ de Carceribus. Ac Monasterium.* *fol. 24*

97 *Monasterium sancti Apolinaris de Classe. Et Monasterium.* *fol. 24*

98 *Prioratus sancti Saluatoris de Forliuio, cum quinque beneficijs quæ illi vniuntur. Ac Prioratum.* *fol. 24*

99 *Prioratum Sancti Ioannis Baptistæ de Fauentia, cum tribus beneficijs quæ illi vniuntur. Et Prioratum.* *fol. 24*

100 *Monasterium sancti Romualdi de Val de Castro,*

cum quinque beneficijs, quæ illi vniuntur. Et monasterium. fol.26

109 Monasterium de monte Christi, cum multis locis, quæ illi vniuntur. Et monaster. f.26

110 Supradicta loca omnia, cum vacare contingerint, per cessum, vel decessum, aut aliam quamuis dimissionem, vnita sint, vt exprimitur, & in Congregatione incorporata. Quæ omnia. fol.26

111 Decem, & septem hæc principaliora loca, instituta sunt, tãquam magis idonea, in quibus obseruantia custodiatur. Quibus alia minora annectuntur. Et hæc. fol.26

112 Eremus, cum Prioratum de Planetulo possederit, annuam pensionem triginta ducatorum, persoluat monialibus sancti Benedicti de Aretio. Quoniam vero. fol.26

113 Eremus cum Prioratum Cortonæ poßederit, annuam pensionem viginti aureorum, monialibus sancti Ioannis Euãgelista, de Prato veteri persoluat. Cum prioratũ. f.27

114 Prioratum sanctæ Mariæ de Angelis Florent. cum prioratum sancti Viriani possederit, pensionem triginta florenorum, monialibus, de Boldrono persoluat. Cum vero. f.27

Mona-

Monasterium sancti Hyppoliti de Fauentia, annuam pensionem, vigintiquinque aureorum, monialibus sanctæ Trinitatis de Fauentia persoluat, cum locum sancti Mauri de Solarolo possederit. Quando iterum. fol.27 115

Hæ pensiones perpetuæ sint, neque à Capitulis, aut Generalibus, aut alijs, impediri poßint. Quas quidem. fol.27 116

Nullum nostri ordinis beneficium, neq; ex principalioribus, neque ex minoribus, poßit ad vitam, ab aliquo conferri, sub latæ sententiæ excommunicationis pœna. Item statuimus. fol.27 117

Nullus Camaldulensis ordinis, poßit officium, beneficium, aut dignitatem aliquam, ad vitam recipere. Et vt quod. fol.27 118

In supradictis septem locis, post cessum, vel decessum eorum, qui illa tenent, annuales Prælati instituantur, vitaque regularis, & obseruantia custodiatur. Sed in superius. fol.27 119

Minora loca, quæ principalioribus iuncta sunt, non poßint, nisi annuales rectores habere, quæ applicata cum fuerint, debitis non frau- 120

dentur obsequijs, sed per Prælatos locorum, cui applicantur, debitæ obsequia impleantur. Hac tamen lege. fol:28

121 Prælati perpetui, si ipsis viuentibus, aliquod loco suo, applicabitur beneficium, teneantur de fructibus annexorum, Visitatoribus per obseruantes deputatis, reddere rationem. Obligenturque. fol:28

122 De huiusmodi fructibus disponatur, per Diffinitores Capituli. De quibus. fol:28

123 Quicquid aliter, in collatione beneficiorum nostri ordinis attemptatum, siue scienter, siue ignoranter fuerit, nullius sit valoris. Ex nunc. fol:28

124 Prælati perpetui, siue in hac Cōgregatione sint, siue extra, cedere valeant, in manibus Generalis, & Capituli Eremitarum; quibus cedentibus, loca effectualiter Congregationi aggregentur. Item statuimus. fol:28

125 Prælati sic cedentes, poßint à Generali, & Capitulo prædicto, præfici in eorundem locorum Abbates, seu Priores per annum, qui quidem annus, toto tempore vitæ eius, durare intelligatur. Et nihilominus. fol:28

126 Si quis nostri ordinis beneficium aliquod, quod

nunc

nunc in commendam sit, in titulum habuerit, eodem modo cedere poßit, in fauorem Congregationis, & perfici per annum, qui annus, toto vitæ eius tempore, durare intelligatur. Quod & in alijs. fol.28

Aliter nullus nostri ordinis, ad beneficium, vel dignitatem ad vitam, aut ad annum, tota vita duraturum, præfici non poßit. Nullum autem. fol.28 127

Monasteria, beneficia, loca omnia, & singula, quæ extra hanc Congregationem sunt, siue in ordine, siue extra ordinem, per quoscunque, cuiuscunque dignitatis teneantur, siue in titulum, siue in commẽdam, per cessum, vel decessum eorum, cum primum vacare quomodolibet contingerint, ad ordinem reuertantur, et Congregationi pleno iure effectualiter aggregentur. Item statuimus. 128

RVBRICA:
De Generali Ordinis, & de Priore Eremi, ac eorum electione.

sitque

Vica-

138 *Vicarius conuentualium, poßit vſque ad trien nium confirmari, & infra annum etiam poßit, ad nutum Generalis, & Capituli Eremi reuocari. Qui et vſque. fol. 30*

139 *Vicario huiuſmodi de competenti ſalario prouideatur, ſecundum quod Generali, & Capitulo Eremi viſum fuerit. Cui ſecundum. fol. 30*

140 *Pro regimine obſeruantiũ Cenobitarum, Eremitarum, & monialium, Generalis ſolus, poßit vnum, vel plures vniuerſales, & particulares Vicarios ſuos, nutu eligere, & reuocare. Pro regimine autem. fol. 30*

141 *Non poßit tamen, niſi de numero obſeruãtium Prælatorum ordinis, aliquem in Vicariũ, vllo modo eligere. Neminem. fol. 30*

142 *Duo capitula, pro regimine ordinis celebrentur, vnum de anno in annum, obſeruãtium Cenobitarum, & Eremitarum, alterum Generale totius ordinis, quãdo, vbi, & quotiens, Generali, & Capitulo Eremitarum viſum fuerit. Pro meliori. fol. 31*

143 *In Capitulo obſeruantium, de anno in annum faciendo, conuenient ſolum Cenobitæ obſeruantes, & Eremitæ, ita vt Eremi Prior ad*

eum

eum co͂ueniat, cum vno socio, sicut alij Prælati. In quo solum. fol.31

Huius annualis Capituli, nouem sint Diffinitores, quoru͂ maior pars sit, de numero Prælatorum, eo modo eligendi, quo in Congregatione Casinensi eliguntur. In quo per nouem Diffinitores. fol.31 144

In hoc Capitulo obseruantium, eligatur Generalis ordinis, Eremi, Prior, & alij obseruantium Prælati, & tractentur ea, quæ pro regimine temporali, & spirituali Congregationis, tractanda videbuntur. Prior Eremi. fol.31 145

In Capitulo autem Generali, totius ordinis celebrando, usquequo conuentuales erunt in ordine, ad placitum Generalis, & Capituli Eremi, conueniant omnes, qui in Capitulo generali, vocem habere consueuerunt. Alterum vero. fol.31 146

In hoc generali Capitulo, sex sint Diffinitores, duo Eremitæ, siue Sacerdotes, siue non, à Capitulo Eremi eligendi, duo de numero obseruantium Prælatorum, & duo de numero Prælatorum Conuentualium, ab omnibus, vocem in Capitulo habentibus deputandi. 147

tandi. Et per sex. fol.31

148 *Præsidens in hoc generali Capitulo, semper sit ipse ordinis Generalis, aut loco eius, Eremi Prior. Vna cum Præsidente. fol.31*

149 *In hoc Capitulo, per Diffinitores, cum Præsidente tractentur, quæ ad totius ordinis reformationem, ac augumētum, pertinere videbuntur. Ea tractentur. fol.31*

150 *In vtroque Capitulo, à Diffinitoribus, vnus professus ordinis eligatur, ad acta Capituli annotanda, cuius scriptis plena, & indubitata fides habeatur, ac si esset publicus notarius. Illud quoque. fol.31*

RVBRICA.

De conuersatione, & moribus, nostri Ordinis Monachorum.

151 *NVLLVS, de obseruantium numero Cenobitarum, aut Eremitarum Monachorum, vel Conuersorum, posit ad vitam conuentualem transire. Item statuimus. fol.32*

Transe-

manendi reuocantur. Item omnes. fol. 32

158 *Omnes extra ordinem manentes, sub pœna grauißimæ culpæ, infra tres mẽses à præcepto sibi facto, debeant se præsentari generali Vicario, aut Visitatoribus, vt de loco in Religione illis prouideatur. Et eisdem. fol. 32*

159 *Prælati perpetui teneantur Monachos, & Conuersos, qui nunc extra ordinem vagantur, ad eos per Generalem, aut Vicarios directos suscipere, non existente legitima excusatione. Teneanturque. fol. 33*

160 *In virtute sanctæ obedientiæ præcipitur, vt nullus nostri ordinis, litteris familiaritatis Cardinalium, aut alterius Prælati impetrare debeat, sine omnium diffinitorum Capituli, & sedis Apostolicæ licentia. Item in virtute. fol. 33*

161 *Huiusmodi litteras habentibus præcipitur, sub pœna priuationis beneficiorum, & inhabilitatis, vt illis renunciare debeant. Ac litteris desuper. fol. 33*

Nullus.

ordinem vnitus habeatur. Et loco cui. fol. 33

167 *In omnibus locis nostri ordinis, vbi animarum imminet cura, quorum fructus vigintiquinque aureos ascendunt, Corpus Domini, & lampadam ardentem, Prælati semper teneant, sub pœna priuationis beneficiorum. Item diffinimus. fol. 33*

168 *Obseruantibus omnibus, tàm Eremitis, quàm Cœnobitis præcipitur, vt infra quinquennium, curas animarum in locis suis, aut remoueant penitùs, aut per seculares presbyteros agi instituant. Statuamus insuper. fol. 33*

169 *Transacto quinquennio, illis quibus hoc onus incumbit, grauissimam inobedientiæ culpam incurrant, si hoc non impleuerint, & locus à quo cura animarum remota non fuerit, possit per Generalem, & Eremitas separari, & alibi vniri. Quo termino. fol. 34*

170 *Populi, & plebes, quæ per nostri ordinis Monachos curari solebant, contentæ sint à secularibus presbyteris, secundùm Prælatorum dispositionem, curari. Ac sub. fol. 34*

Per-

ordinem vnitus habeatur. Et loco cui. fol. 33

167 In omnibus locis nostri ordinis, vbi animarum imminet cura, quorum fructus vigintiquinque aureos ascendunt, Corpus Domini, & lampadam ardentem, Prælati semper teneant, sub pœna priuationis beneficiorum. Item diffinimus. fol. 33

168 Obseruantibus omnibus, tàm Eremitis, quàm Cœnobitis præcipitur, vt infra quinquennium, curas animarum in locis suis, aut remoueant penitùs, aut per seculares presbyteros agi instituant. Statuamus insuper. fol. 33

169 Transacto quinquennio, illis quibus hoc onus incumbit, grauissimam inobedientiæ culpam incurrant, si hoc non impleuerint, & locus à quo cura animarum remota non fuerit, possit per Generalem, & Eremitas separari, & alibi vniri. Quo termino. fol. 34

170 Populi, & plebes, quæ per nostri ordinis Monachos curari solebant, contentæ sint à secularibus presbyteris, secundùm Prælatorum dispositionem, curari. Ac sub. fol. 34

Per-

Per decennium singulis annis quinque alterius cuiuscunq; Religionis, etiam mendicantium, & Cartusiensium, ad nostrum ordinem recipi possint, qui à Diffinitoribus eligentur. Item quoniam. fol. 34 171

His qui ex alia Religione ad nostrum ordinem transierint, in ordinis nostri professione merita laborum Religionis duplicantur, plenaria omnium peccatorum indulgentia conceditur, & ille insuper indulgētiæ largiuntur, quas consequerentur, si Hierusalem, Romam, & Sanctum Iacobum in Galitia visitarent. His vero. fol. 34 172

In omni loco nostri ordinis, vbi Cœnobitica ducitur vita, & redditus ascendunt ad summam sexcentorum florenorum, præceptores conducantur, qui iuniores doceant. Item statuimus. fol. 34 173

Qui hoc contra fecerit, alijs locis, secundum Diffinitorum arbitriū, aliquid persoluant, & grauissime insuper puniantur. Quæ autem. fol. 34 174

Mulieres nullatenus monasteria virorum ingrediantur, neque monasteria monialium, sine expressa Generalis licentia, sub excommuni- 175

municationis pœnã. Item ſtatui-mus. fol. 35

176 *Moniales ſemel ad minus in anno, à præſenti anno incipiendo, viſitentur per obſeruantium Viſitatores, aut ab ipſo Generali: ab alio autem viſitari non poſſint, ſine omnium Diffinitorum licentia. Item ſtatuimus. fol. 35*

177 *Obſeruantium Diffinitores, & Viſitatores, monialium curam habere teneantur, & nullatenus permittere, vt proprij habendi vitium in aliquo loco inueniatur. Teneantur vero. fol. 35*

RVBRICA.

De regimine Eremi, & Eremitarum, tàm apertorum, quàm recluſorum conuerſatione, & moribus.

178 *PRIOR Eremi, neq; ſua, neque Capituli alicuius auctoritate, poßit Eremiticæ vitæ rigorem relaxare, ſine totius Capituli Eremi conſenſu, contrafacientes Dei,*

bus partibus Capituli Eremitarum declarabuntur. Item ordinamus. fol. 36

184 *Ad hoc exequendum si opus esset, uti liceat auxilio brachij secularis. Ad quod. fol. 36*

185 *Capitulum Eremi, post cessum, aut decessum præsentis Generalis in regimine temporali, & spirituali Eremi, & locorum annexorum, & subiectorum, eam auctoritatem habeat, quam habent Capitula Generalia nostri ordinis. Item statuimus. f. 36*

186 *Quicquid à Capitulo Eremi, in prædictis locis fuerit determinatum, circa modum uiuendi, induendi, fabricandi, officium ordinandi, & circa alias cerimonias, maiorē vim habeat, quàm si à Diffinitoribus Capituli generalis statutum fuisset. Et quicquid. fol. 36*

187 *Liceat clausis, & apertis Eremitis, Conuersis, & Monachis, qui de familia Eremi sunt, barbam deferre, dummodo sacerdotes, circa os tondeant. Item volumus. fol. 36*

188 *Post cessum, aut decessum moderni Generalis, nullus possit in Eremo sub quocunque colore pecuniam tenere. Item decern. f. 37*

Exce-

ſtros vero. *fol.37*

195 *Deputetur vnus, aut plures, per Eremitas, aut a Pontifice impetretur, qui cum pleniſsima Apoſtolica auctoritate, & auxilio brachij ſecularis cogere poſsit eos, qui bona Eremi adminiſtrauerunt, ad reddendam rationem, & ad ſatisfaciendum.* *Item ſtatuimus.* *fol.37*

196 *Bona Eremi, quoquo modo alienata, quæ poſsideri ab aliquibus reperientur, eadem Apoſtolica auctoritate, & brachij ſecularis imploratione, poſsint recuperari.* *Poſsintque.* *fol.38*

197 *De fructibus eorundem bonorum, & de ſumma, quæ pro illis expoſita fuerit, poſſit qui deputatus fuerit quod iuris erit componere.* *Ac cum eis.* *fol.38*

198 *Eremus, quàm citius fieri poterit, claudatur vnum, aut duos, ſolum aditus relinquendo.* *Item antiquiorem.* *fol.38*

199 *Ad Eremi hoſtium abundanter pauperibus, & peregrinis elemoſynæ derogentur.* *Vbi abundanter.* *fol.38*

200 *Cellula, ſeu manſio pro hoſpitibus ſuſcipiendis, qui ad Eremum acceſſerint, fabricetur*

207 *Nullus Eremita, aut Monachus, aut Conuersus valeat vltra Fontem bonum, aut aequiualentem distantiam solus procedere, sed semper bini eant, neque possit super hoc, nisi per omnes voces Capituli dispensari. Item volumus. fol. 39*

208 *Venientibus, aut mittentibus ad Eremum, vt fiant Eremitae, nullus possit proprio sensu respondere, sub grauissimo onere conscientiae, sed omnia ad Capitulum referantur. Item ordinamus. fol. 39*

209 *Nemo ad Eremiticam vitam recipiatur, & nemo volens Eremita fieri repellatur, sine Capituli licentia. Sine cuius. fol. 39*

210 *Eremitae, tam Monachi, quàm Conuersi, non possint ab Eremo amoueri, aut ad alia loca transferri, nisi de consilio, & consensu Capituli Eremi; sed obseruetur Bulla Martini Papae Quinti. Idem statuens. Item ordinamus. f. 39*

211 *Mendicantes ad Eremum venientes, nonobstante iuris contraria dispositione, vocem & Praelaturam in Eremo habere possint, non autem alibi in nostro ordine.*

ne. Item volumus. fol.39

Eremitæ, tàm clausi, quàm aperti, non poßint cogi ad sacros ordines, ad prelaturas, neque in Eremo, neque extra Eremum, ad visitationis munus suscipiendum. Item ordinamus. fol.39 212

Eremita ad hæc vocatus, nullo conscientiæ onere pergrauetur, si assentiri noluerit. Nulloque conscientiæ. fol.39 213

Eremita Monachus, aut Conuersus, cum trigesimumquintum annum ætatis attigerit, & vnum annum ad minus post profeßionem in Eremo vixerit, sola Capituli Eremi licentia, poßit se in cella sua recludere. Item volumus. fol.39 214

Reclusi liberi sint ab omni onere conscientiæ, circa regimen, tam temporalium, quàm spiritualium rerum Eremi, & locorum Eremo subiectorum. Vt autem. fol.40 215

Poßint reclusi, vel in omnibus, vel in quibus sibi videbitur voci suæ in Capitulo sine scrupulo conscientiæ renunciare. Et si eisdem. fol.40 216

Reclusi non volentes Missam celebrare poßint simul plures in cellis, tamen diuersis habitare, 217

tare, & vnus ab alio Missam audire, aut ad Ecclesiam pro audienda Missa accedere, aut si hæc illi non satisfecerit, teneatur sacerdos apertus ad eum accedere. Item totius. fol. 40

218 Reclusi cum licentia Capituli, possint aliqua eorum, ad quæ pro reclusione tenentur, in alia, aut maiora, aut æqualia commutare. Item volumus. fol. 40

219 Reclusi possint vitam arctiorem in quibuscunque quantum sibi videbitur custodire, licentia a Priore petita, licet non obtenta, relaxare autem absque necessitate, & expressa licentia non possint. Insuper ne. fol. 40

220 Idem cōceditur apertis, tam Monachis, quàm Cōuersis postquam per quattuor annos post professionem nostri ordinis, in Eremo vixerint. Quod & de. fol. 40

221 Peculium Monachorum, & Conuersorum, extra claustrum, & ordinem decedentiū, sacristiæ Eremi applicetur, non obstante iuris contraria dispositione. Item antiquam. fol. 41

222 Constitutiones ordinis, & instituta Eremi, infra triennium renouentur in virtute sanctæ obedien-

In prin-

227 *In principalioribus Congregationis huius locis, ubi viget obseruantia dicantur pro summo Pontifice, & sedis Apostolicæ fœlicitate diebus ferialibus illi Psalmi, qui pro eisdem in Eremo dici consueuerunt. Postremo. fol. 42*

228 *Admonentur omnes nostri ordinis viri, & mulieres orare pro LEONE Papa X. & Magnifico eius fratre Iuliano, nostri ordinis Protectoribus, & benefactoribus præcipuis. Omnes propterea, fol. 42*

229 *Transumptis huius Priuilegij, aut impressis, aut manu scriptis, à notario subscriptis, & ecclesiasticæ personæ sigillo munitis, fides plena adhibeatur, sicut originalibus litteris adhibetur. Cæterum quia. fol. 42*

230 *Nullus his, quæ in hoc Priuilegio continentur, audeat contradicere, & qui hoc attemptare præsumpserit indignationem Omnipotentis DEI, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, se nouerit incursurum. Nulli ergo omnino. fol. 42*

Data. M. D. XIII. Quarto nonas Iulij.

ITEM

ITEM LITTERÆ Apoſtolicæ,

VICARIO, ET VISITATORIB.

Congregationis directæ, in quibus hæc continentur. fol. 43

QVOD Vicarius Congregationis ſancti Michaelis cum Viſitatoribus poßint eligere Priorem clauſtralem Maiorem Eremi nuncupatum. Vobis Vicario. fol. 43 1

Electus Maior, vna cũ alio Eremita per Conuentum Eremitarum electum, ad Capitulum Congregationis accedat, & in eo vocem habeat. Vt ipſe. fol. 43 2

Vicarius prædictus cum Viſitatoribus, poßint loca vnita ſeparare, & principalia Congregationis loca inſtituere, quæ tamen per annuales Prælatos regi debeant. Et pro proſpero. fol. 47 3

Gaudeat nunc ordo, & Congregatio Camaldulenſis 4

lensis omnibus Priuilegijs, & gratijs, quibus gaudere poterit, cum per Generalem temporalem regetur, iuxta & quæ in superiori, & alijs Priuilegijs continentur. Ac volumus. fol. 44

ITEM ALIÆ APOSTOL. litteræ,

EISDEM VICARIO, & Visitatoribus directæ, in quibus ea, quæ in Superioribus concessa sunt, confirmantur, & hæc particulariter continentur. fol. 45.

1 *ELECTIONEM Maioris Eremi, per Vicarium, & Visitatores factam, erectionem Monasteriorum Fontis boni, & Camalduli Florentini, vt loca principaliora Congregationis, electionesque Prælatorum in eisdem locis, per eosdem factas confirmat Priorem claustralem.* fol. 45

2 *Hos tres, Maiorem scilicet Eremi, Priorem*

Fontis

Fontis boni, & Abbatem Camalduli Florentini administrationem, & iurisdictionem, in suis locis eandem habere debere declarat, quam alij Congregationis Prælati in suis Monasterijs habent. Ita quod hi tres. fol. 45

3 *Congregationem de nouo erectam ex Eremo, & Congregatione sancti Michaelis, vt in Priuilegio continetur per omnia effectum suum sortitam fuisse, ita vt vnica sit Congregatio, & omnibus gaudeat Priuilegijs gratiis declarat, & confirmat. Necnon. fol. 45*

4 *Capitulum generale Congregationis proximè celebrãdum, Generale Capitulum Congregationis Camaldulensis Eremi, & sancti Michaelis de Murano appellari debere instituit. Et Capitulum. fol. 45*

5 *Superiora omnia, & singula certa scientia approbat & confirmat, & omnes singulos defectus, si quis in illis interuenerit, auctoritate Apostolica supplet. Nos itaq;. fol. 46*

6 *Monasteria, & loca Congregationi vnita, ab aliis locis, quæ in Congregatione sunt separare, & separata Congregationi, & locis*

Congregationis Vicario, & Visitatoribus vnire posse concedit. Vt dictæ. fol. 46

7 *Monasteria, et loca Cōgregationis, siue vnita, siue etiā non vnitæ, quamquā illæ uniones suū non sint sortitæ effectū, tàm in capite, quàm in membris visitare, reformare, & corrigere posse, eisdē cōcedit. Ac Prio. f. 46*

8 *Eos qui Prioratus, & Monasteria, & loca Congregationis, & ordinis, siue non vnita, siue etiam vnita, quamquam vniones illæ nondum suum sortitæ sint effectum, prout animarum saluti, & Congregationi expedire videbitur licitè posse ad claustrum reuocare, eisdem Vicario, & Visitatoribus concedit. Et eos ad claustrum. fol. 46*

9 *Ex nunc eandem Vicario, & Visitatoribus auctoritatem, & potestatem in toto ordine concedit, quam habebunt Visitatores, & Generalis temporalis cùm fiet in Congregatione. Ac quod vos. fol. 46*

10 *Contradicentes per censuram Ecclesiasticam compescere, & auxilium brachii secularis in horum executione implorare posse, eisdem concedit. Ita quod. fol. 46*

11 *Derogent specialiter & expressè pro hac vice tan-*

ce tan-

ce tantum, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis de vnionibus, & aliis quibuscunque, quæ his contraria esse possent. Non obstantibus. *fol. 46*

Item Priuilegium Eugenii, & ante eum Gregorii IX. quod cum reliquis à Leone. X. nouissimè confirmatum est, in quo conceditur, vt Religiosi omnes, etiam ex Ordine Mendicantium, & Cartusiensium, qui licentiam à Superioribus suis petita, licet non obtenta, vitam ducere voluerint Eremiticam possint in Eremo Camaldul. suscipi. Eugenius Episcopus. *fol. 47*

Item Priuilegium Leonis Decimi, quo conceditur licentia alienandi posse, pro valore sex ducatorum auri. *fol. 49*

Item Priuilegium Gregorii. XIII. quo singula Priuilegia nobis, tàm a Leone. X. Clemente. VII. Paulo tertio, & Iulio tertio Romanis Pontificibus indulta, quàm ordinaria, Imperiali, vel Regia auctoritatibus quomodolibet concessa, confirmantur, Montisque Coroni Priuilegiis perfrui, amplissimè nobis indulgetur, aliisque gratiis ibi contentis. *fol. 53*

Item

Item Confirmatio Sixti. V. quo omnia priuilegia per Sixtum. IIII. Leonem. X. Clementem. VII. Paulum. III. Iulium etiam. III. Paulum. IIII. Pium etiam. IIII. Pium. V. & Gregorium. XIII. Romanos Pontifices nobis concessa, quàm gratiosè confirmantur. fol. 58

FINIS.